3. *nimiam opinionem ingenii*, näml. anderer 'von seiner geistigen Befähigung'.

4. *et* s. 4, 3. — *Graecae civitatis* 'aus einem —'; *in Thraciam*, näml.

gloriosius existimans barbarum praeda locupletari quam Graio-
5 rum. Qua ex re creverat cum fama tum opibus magnamque
amicitiam sibi cum quibusdam regibus Thraciae pepererat.

8. Neque tamen a caritate patriae potuit recedere. Nam
cum apud Aegos flumen Philŏcles, praetor Atheniensium,
classem constituisset suam, neque longe abesset Lysander,
405 praetor Lacedaemoniorum, qui in eo erat occupatus, ut bel-
lum quam diutissime duceret, quod ipsis pecunia a rege sup-
peditabatur, contra Atheniensibus exhaustis praeter arma et
2 navis nihil erat super: Alcibiades ad exercitum venit Athenien-
sium ibique praesente vulgo agere coepit; si vellent, se coac-
turum Lysandrum dimicare aut pacem petere; Lacedaemonios
eo nolle classe confligere, quod pedestribus copiis plus quam
3 navibus valerent; sibi autem esse facile Seuthem, regem Thra-
cum, adducere, ut eum terra depelleret; quo facto necessario
4 aut classe conflicturum aut bellum compositurum. Id etsi vere
dictum Philocles animadvertebat, tamen postulata facere no-
luit, quod sentiebat se Alcibiade recepto nullius momenti apud
exercitum futurum, et, si quid secundi evenisset, nullam in ea
re suam partem fore, contra ea, si quid adversi accidisset, se
5 unum eius delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades
'Quoniam' inquit 'victoriae patriae repugnas, illud moneo, ne

in das innere Thrakien. An den Küsten gab es längst griechische Pflanzstädte.

barbarum, s. zu I, 2, 1.

locupletari übersetze nach *eruditus est* II, 10, 1.

Graiorum s. zu II, 9, 2.

5. *qua ex re,* s. zu XIV, 2, 1 *creverat — pepererat,* es war dies geschehen, ehe die im folgenden erzählten Ereignisse eintraten.

8. 1. *Neque tamen* s. zu *neque vero* 5, 1.

Nam cum usw. Der Nachsatz beginnt mit § 2.

praetor s. zu I, 4, 4.

occupatus 'beschäftigt'. — *bellum duceret* wie *tempus duceret* II, 7, 1. — *quam* s. zu *quam infirmissimos* II, 6, 4.

a rege wie 7, 2.

erat super st. *supererat.*

2. *vulgus* hier 'Kriegsvolk'. Er verhandelt in dessen Gegenwart, um das Heer zu gewinnen. Daß ihm dies gelang, lehrt § 4 *quod sentiebat se Alcibiade recepto nullius momenti apud exercitum futurum.*

si vellent, d. h. wenn sie seine Forderung erfüllen wollten. Denn aus § 4 erhellt, daß er seine Wiederaufnahme beim Heere verlangte.

Lacedaemonios — nolle s. zu I, 1, 3 *prospera futura.* — *pedestres copiae* im Gegensatz zu *naves* oder *classis* heißt nicht 'Fußvolk'.

3. *eum,* Lysandrum.

quo facto — compositurum ('beilegen') s. zu I, 3, 5 *quo exstincto ipsos poenas daturos.* — Subjekt? s. zu *effici posse* I, 3, 4.

4. *nullius momenti esse* 'kein Gewicht haben, nichts gelten'. Was für ein Genitiv?

evenisset wie zu übersetzen? s. zu *id si fecissent* I, 1, 3. — *nullam in ea re suam partem fore* 'er werde seinerseits keinen Teil daran haben', wörtlich? — *contra ea* gebraucht N. häufiger als das einfache contra.

delicti, denn das Unglück eines Feldherrn galt dem Volke leicht als Verbrechen, vgl. 7, 2 *ut omnia minus prospere gesta culpae tribuerent.*

iuxta hostem castra habeas nautica; periculum est enim, ne
immodestia militum vestrorum occasio detur Lysandro vestri
opprimendi exercitus.' Neque ea res illum fefellit. Nam 6
Lysander, cum per speculatores comperisset vulgum Athenien-
sium in terram praedatum exisse navesque paene inanes re-
lictas, tempus rei gerendae non dimisit eoque impetu bellum
totum delevit.

9. At Alcibiades, victis Atheniensibus non satis tuta
eadem loca sibi arbitrans, penitus in Thraciam se supra Pro-
pontĭdem abdidit, sperans ibi facillime suam fortunam occuli
posse. Falso. Nam Thraces, postquam eum cum magna pe- 2
cunia venisse senserunt, insidias fecerunt; qui ea, quae appor-
tarat, abstulerunt, ipsum capere non potuerunt. Ille cernens 3
nullum locum sibi tutum in Graecia propter potentiam Lace-
daemoniorum, ad Pharnabazum in Asiam transiit; quem qui-
dem adeo sua cepit humanitate, ut eum nemo in amicitia
antecederet. Namque ei Grynium dederat, in Phrygia castrum,
ex quo quinquagena talenta vectigalis capiebat. Qua fortuna 4
Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedae-
moniis servire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam
omni ferebatur cogitatione. Sed videbat id sine rege Perse 5
non posse fieri ideoque eum amicum sibi cupiebat adiungi,
neque dubitabat facile se consecuturum, si modo eius con-
veniundi habuisset potestatem. Nam Cyrum fratrem ei bel-
lum clam parare Lacedaemoniis adiuvantibus sciebat: id si
aperuisset, magnam se initurum gratiam videbat.

5. *castra nautica* s. zu XXIII, 11, 6.
immodestia wie VI, 1, 2.

6. *res me fallit* 'ich täusche mich in einer Sache'.
tempus wie 5, 2. — *delevit* 'brachte gänzlich zu Ende'.

9. 1. *eadem,* wo er sich bisher aufgehalten hatte. — *arbitrans* löse als Kausalsatz auf. Den Grund seiner Furcht s. § 3.
fortunam 'sein Schicksal', folglich auch sein Aufenthalt.

2. *qui,* d. i. et illi, s. zu *cuius generis* I, 1, 2.

3. *Pharnabazum* s. VI, 4, 1.
quem quidem, wie III, 1, 3. — *cepit* 'nahm für sich ein, gewann'. — *humanitas* hier 'feine Bildung', s. zu XXV, 16, 1.
eum, Alcibiadem; *in amicitia,* Pharnabazi.
in Phrygia castrum s. zu III, 2, 1 *pugna apud Salamina.*
castrum steht gewöhnlich nur in Verbindung mit Ortsnamen, sonst castellum.
quinquagena, jährlich. Über das Talent s. zu I, 7, 6.

4. *Qua* knüpfe mit 'aber' an.
cogitatione im Deutschen Subjekt.

5. *rege Perse,* Artaxerxes Mnemon. — *Perse* s. zu II, 8, 2.
neque dubitabat s. zu I, 3, 6.
potestatem 'Gelegenheit'; *convenire aliquem* 'zu jemand gehen', um ihn zu sprechen.
Cyrum s. zu IX, 3, 1.
bellum parare s. zu X, 5, 1 *comparare.*
gratiam inire 'sich Gunst erwerben'.

10. Hoc cum moliretur peteretque a Pharnabazo, ut ad regem mitteretur, eodem tempore Critias ceterique tyranni Atheniensium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserant, qui eum certiorem facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset: quare, si suas res gestas manere vellet, illum persequeretur.
2 His Laco rebus commotus statuit accuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renuntiat, quae regi cum Lacedaemoniis convenissent, nisi Alcibiadem vivum aut mortuum sibi
3 tradidisset. Non tulit hunc satrapes et violare clementiam quam regis opes minui maluit. Itaque misit Susamithren et Bagaeum ad Alcibiadem interficiendum, cum ille esset in
4 Phrygia iterque ad regem compararet. Missi clam vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi cum ferro adgredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam, in qua quiescebat, eaque succenderunt, ut incendio conficerent, quem manu superari posse diffidebant.
5 Ille autem ut sonitu flammae est excitatus, etsi gladius ei erat subductus, familiaris sui subalare telum eripuit. Namque erat cum eo quidam ex Arcadia hospes, qui nunquam discedere voluerat. Hunc sequi se iubet et id quod in praesentia

10. 1. *moliretur* 'damit umging'; eigentlich etwas Schwieriges ins Werk setzen.

Critias ceterique tyranni, die Lysander eingesetzt hatte.

tollere hier 'aus dem Wege räumen'. — *ratum*, Adjekt.

suas res gestas 'seine Werke', d. i. der Sturz der Volksherrschaft zu Athen und die Herrschaft der von ihm eingesetzten Dreißig. — *persequeretur* s. zu II, 6, 5 *opus facerent*.

2. *Laco*, d. i. Lysander. — *accuratius* 'ernstlicher, entschiedener'.

statuit — agendum s. zu 4, 2.

renuntiat 'kündigt auf'. — *quae regi cum Lacedaemoniis convenissent*, d. i. das Bündnis des Königs mit den Lakedämoniern; vgl. 4, 7 und IX, 2, 2 *societate, quam cum Artaxerxe fecerant*.

3. *Non tulit hunc*, d. i. 'hielt seinem Drängen nicht stand'. — *et* s. zu 4, 3. — *clementiam* übers. 'die Pflicht der Menschlichkeit'.

iter — compararet s. zu 9, 5 *parare*.

4. *negotium dare* 'Auftrag geben'; *vicinitati, in qua tum — erat:* 'der damaligen Nachbarschaft des Alk.' — *vicinitati* statt: den Bewohnern der Nachbarschaft (vgl. *civitas* 6, 1). Deshalb der Plural *interficiant*.

illi näml. vicini, s. zu II, 8, 3.

ferro adgredi 'mit blanker Waffe anzugreifen'. — *ligna* 'Holzscheite', s. zu I, 3, 1 *imperia*.

quem diffidebant übersetze nach VI, 3, 5 *quam ille se habiturum non dubitabat*.

5. *etsi*, statt eines allgemeinen Gedankens, etwa: so wollte er sich doch zur Wehre setzen, folgt sogleich das spezielle Wie. (So erscheint das *etsi* unlogisch; man erwartet statt des Konzessivsatzes einen Kausalsatz.) — *subductus* s. zu *subiecit* VI, 4, 2. — *subalare* (v. ala) *telum*, ein kleiner Dolch, der sich unter der Achsel verbergen ließ. Denn *telum* kann jede Angriffswaffe, also auch ein Schwert oder Dolch heißen. — *eripuit*, aus der Scheide.

quidam ex Arcadia hospes, adverbielles Attribut, s. zu XV, 5, 2 *Thebis*.

in praesentia wie I, 7, 6.

vestimentorum fuit arripit. His in ignem coniectis flammae
vim transiluit. Quem ut barbari incendium effugisse viderunt, 6
telis eminus missis interfecerunt caputque eius ad Pharna-
bazum rettulerunt. At mulier, quae cum eo vivere consuerat,
muliebri sua veste contectum aedificii incendio mortuum cre-
mavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic
Alcibiades annos circiter XL natus diem obiit supremum. 404

11. Hunc infamatum a plerisque tres gravissimi historici
summis laudibus extulerunt: Thucydides, qui eiusdem aetatis
fuit, Theopompus, post aliquanto natus, et Timaeus; qui qui-
dem duo maledicentissimi, nescio quo modo, in illo uno lau-
dando conspirant. Namque ea, quae supra scripsimus, de eo 2
praedicarunt atque hoc amplius: cum Athenis, splendidissima
civitate, natus esset, omnes splendore ac dignitate superasse
vitae; postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis 3
eorum inservisse, ut nemo eum labore corporisque viribus
posset aequiperare (omnes enim Boeotii magis firmitati cor-
poris quam ingenii acumini inserviunt); eundem apud Lace- 4
daemonios, quorum moribus summa virtus in patientia pone-
batur, sic duritiae se dedisse, ut parsimonia victus atque cultus
omnes Lacedaemonios vinceret; fuisse apud Thracas, homines
vinolentos rebusque veneriis deditos: hos quoque in his rebus

fuit 'vorhanden war'.

in ignem coniectis, um dadurch für einen Augenblick die Flamme zu dämpfen. — *vim* 'die Glut'.

6. *contectum* löse auf wie *abreptos* I, 4, 2.

11. 1. *gravis* heißt ein Geschichtsschreiber, dessen Zeugnis Gewicht hat, 'glaubwürdig'. Über die genannten drei Historiker s. die Einleitung.

eiusdem aetatis fuit wie *eiusdem civitatis fuit* II, 9, 1.

post aliquanto, s. zu IV, 3, 1 *post non multo.* Die beiden Späteren, *Theopompus et Timaeus,* auch durch den folgenden Zusatz (*qui quidem duo* usw.) verbunden, stehen dem Zeitgenossen *Thucydides* gegenüber. Darum ist *et* vor *Timaeus* nicht auffällig. Vgl. I, 8, 4.

duo, die beiden letzteren. — *maledicentissimi* wird im D. ein Konzessivsatz.

nescio quo modo = 'merkwürdiger-, auffallenderweise'.

2. *supra* im 1. u. 2. Kap. — *hoc* (Akkus.) deutet auf das Folgende. — *amplius,* adverb.

dignitate 'Pracht', vgl. II, 6, 1; *vitae* wie 1, 3.

3. *inservire,* stärker als operam dare; *studiis* 'Lieblingsbeschäftigungen'. — *eorum,* auf wen zu beziehen? s. 10, 4. XIII, 2, 1.

labor 'Anstrengung'.

4. *eundem* s. III, 2, 1. — *quorum — ponebatur* fasse auf wie I, 3, 4 *quas secum transportarat.* — *patientia* wie *patiens* 1, 3. *patientia,* Abhärtung war das Ziel der spartanischen Jugenderziehung. Man erinnere sich an die jährlich angestellte Geißelprobe (διαμαστίγωσις) am Altar der Artemis Orthia, wo die Knaben bis aufs Blut gepeitscht wurden, und es für schimpflich galt, Schmerz zu äußern oder um Nachlaß zu bitten. — *duritia* 'strenge Lebensart'.

parsimonia victus atque cultus 'Einfachheit in Nahrung und Kleidung', s. zu 1, 3 u. zu IV, 3, 1.

Thracas, griech. Akkus. — *res veneriae* 'Wollust'.

5 antecessisse; venisse ad Persas, apud quos summa laus esset
fortiter venari, luxuriose vivere: horum sic imitatum consue-
6 tudinem, ut illi ipsi eum in his maxime admirarentur. Quibus
rebus effecisse, ut apud quoscumque esset, princeps poneretur
habereturque carissimus. Sed satis de hoc; reliquos ordiamur.

VIII.

1. Thrasybūlus, Lyci filius, Atheniensis. Si per se
virtus sine fortuna ponderanda est, dubito an hunc primum
omnium ponam; illud sine dubio: neminem huic praefero fide,
2 constantia, magnitudine animi, in patriam amore. Nam cum
multi voluerint paucique potuerint ab uno tyranno patriam
liberare, huic contigit, ut a XXX oppressam tyrannis e ser-
3 vitute in libertatem vindicaret. Sed, nescio quo modo, cum
eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate praecucur-
rerunt. Primum Peloponnesio bello multa hic sine Alcibiade
gessit, ille nullam rem sine hoc: quae ille universa naturali
4 quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia
imperatoribus cum militibus et fortuna, quod in proelii con-
cursu abit res a consilio ad vires virtutemque pugnantium.
Itaque iure suo nonnulla, ab imperatore miles, plurima vero

5. *luxuriose vivere,* s. zu *tanta similitudine* VI, 4, 2.

6. *Quibus rebus effec.* s. zu 8, 3. *princeps,* d. i. omnium primus; *poneretur* wie 3, 5.

reliquos wie II, 1, 2 *sed ab initio est ordiendus.* Vgl. *explicare* XXIII, 13, 4.

1. 1. *per se* 'an und für sich'; *virtus* in gleichem Gegensatz wie VI, 1, 1.

dubito an 'ich bin ungewiß, ob nicht', soviel wie: 'ich möchte wohl'. Wie nescio an, haud scio an giebt es der Behauptung eine bescheidnere Form.

illud sine dubio (erg. facio) 'aber dies darf ich unbedenklich'.

2. *paucique:* wie neque zuweilen 'aber nicht', so ist *que* zuweilen 'aber' zu übersetzen, wenn es Entgegengesetztes verbindet.

huic contigit, ut 'so gelang es diesem'. — *in libertatem vindicaret* 'in den Zustand der Freiheit versetzte'.

3. *nescio quo modo* wie VII, 11, 1. — *cum* wie III, 3, 2. — *his* s. § 1. *nobilitate* 'Berühmtheit'.

Primum beginnt die Aufzählung der Thaten des Thras. — *ille nullam rem sine hoc* kann nur vom J. 411 an gelten, vgl. VII, 5, 4.

quae knüpfe mit 'aber' an. — *naturale bonum* 'angeborene Gabe'. — *fecit lucri* nachdrücklich statt des sonst in Prosa gewöhnlichen lucri fecit 'erntete die Vorteile ein von —'. Vgl. *erat super* VII, 8, 1.

4. *illa omnia,* die Kriegsthaten; *communia* (sunt), d. h. außer dem Feldherrn haben auch der Soldat und das Glück ihren Anteil daran.

abit res 'die Entscheidung der Sache geht über', *consilium* 'kluge Berechnung' (wessen?); *vires* 'Kraftanstrengungen'.

iure suo 'mit gebührendem Rechte'. — *nonnulla* 'nicht wenig',

fortuna vindicat seque hic plus valuisse quam ducis prudentiam
vere potest praedicare. Illud magnificentissimum factum pro- 5
prium est Thrasybuli. Nam cum XXX tyranni, praepositi a Lace-
daemoniis, servitute oppressas tenerent Athenas, plurimos civis,
quibus in bello parserat fortuna, partim patria expulissent par-
tim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se divisis-
sent: non solum princeps, sed etiam solus initio bellum his indixit. 404

2. Hic enim cum Phylen confugisset, quod est castellum
in Attica munitissimum, non plus habuit secum XXX de suis.
Hoc initium fuit salutis Actaeorum, hoc robur libertatis claris-
simae civitatis. Neque vero hic non contemptus est primo 2
a tyrannis atque eius solitudo. Quae quidem res et illis con-
temnentibus pernicii et huic despecto saluti fuit. Haec enim
illos segnes ad persequendum, hos autem, tempore ad com-
parandum dato, fecit robustiores. Quo magis praeceptum illud 3
omnium in animis esse debet: nihil in bello oportere contemni:
neque sine causa dici matrem timidi flere non solere. Neque
tamen pro opinione Thrasybuli auctae sunt opes. Nam iam 4
tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur

d. i. einen Teil des Ruhmes; *vindicat ab imperatore* 'nimmt vom Feldherrn (für sich) in Anspruch'.

hic, d. i. in proelii concursu.

5. *illud*, was in § 2 erwähnt ist. — *magnificentissimum* s. zu *clarissimi* II, 8, 7. — *proprium est* 'ist ganz Eigentum'.

servitute oppressas 'unter dem Drucke der Knechtschaft'.

in bello s. zu V, 4, 1.

parserat, altertümliche Form.

publicata wie VII, 4, 5. Das Partizip löse auf nach *abreptos* I, 4, 2.

princeps 'als der erste oder zuerst', s. zu *repentina* VII, 3, 3.

2. 1. *Phylen, quod est castellum*, das Relativum auf das Prädikatsnomen bezogen; s. zu IV, 3, 6 *genus quod Hilotae vocatur*, vgl. I, 4, 3 und III, 3, 1 *Delum. Id enim commune aerarium esse voluerunt.*

non plus triginta wie *minus diebus triginta* II, 5, 2.

Actaei, poëtisch für Athenienses, von Ἀκτή, dem alten Namen Attikas. — *robur* hier 'Stütze'.

2. *Neque vero non* dient zur Bekräftigung 'und allerdings, und wirklich'; vgl. *neque ignorans* VII, 4, 1. — *hic*, Adverb. — *eius solitudo* 'sein Alleinstehen'.

Quae quidem res 'aber gerade dieser Umstand'. Über *quidem* s. zu II, 10, 3. — *pernicii* st. perniciei. Die älteren Römer gebrauchten in der 5. Deklination statt der Endung des Gen. und Dat. *ei* zuweilen *i* oder *e*.

tempore — dato löse als Kausalsatz auf.

ad comparandum, absolut: 'um die nötigen Vorkehrungen zu treffen', um sich zu verstärken; vgl. XXIII, 7, 1 *in apparando*.

3. *omnium in animis esse* 'von allen beherzigt werden'.

neque sine causa dici hängt von *in animis esse* ab. — *timidi* hier 'des Bedächtigen'. Das griech. Sprichwort, das N. im Sinne hat, δειλοῦ μήτηρ οὐ κλαίει, enthält einen Tadel.

4. *Neque tamen* s. zu *neque vero* VII, 5, 1. — *pro opinione* 'nach (gemäß) der Erwartung; *opes*, eius, s. zu I, 5, 5.

iam tum illis temporibus, darin liegt: wie auch jetzt in unsern Tagen. *Illis temporibus* ist erklärende Apposition zu *tum:* schon damals, in jenen alten Zeiten. — Anspielungen auf N. Zeit; vgl. I, 6, 2. XVII, 4, 2. XVIII, 8, 2. XXIV, 2, 2. XXV, 12, 2.

boni 'die guten Bürger, Patrioten';

5 quam pugnabant. Hinc in Piraeum transiit Munychiamque munivit. Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti ab eaque turpiter repulsi protinus in urbem armis impedimentisque
6 amissis refugerunt. Usus est Thrasybulus non minus prudentia quam fortitudine. Nam cedentes violari vetuit — cives enim civibus parcere aequum censebat —, neque quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit. Neminem iacentem veste spoliavit, nil attigit nisi arma, quorum indigebat,
7 quaeque ad victum pertinebant. In secundo proelio cecidit Critias, dux tyrannorum, cum quidem exadversus Thrasybulum fortissime pugnaret.

3. Hoc deiecto Pausanias venit Atticis auxilio, rex Lacedaemoniorum. Is inter Thrasybulum et eos, qui urbem tene-
403 bant, fecit pacem his condicionibus: ne qui praeter XXX tyrannos et X, qui postea praetores creati superioris more crudelitatis erant usi, afficerentur exsilio, neve bona publica-
2 rentur; rei publicae procuratio populo redderetur. Praeclarum hoc quoque Thrasybuli, quod reconciliata pace, cum plurimum in civitate posset, legem tulit, ne quis ante actarum rerum accusaretur neve multaretur; eamque illi oblivionis
3 appellarunt. Neque vero hanc tantum ferendam curavit, sed etiam, ut valeret, effecit. Nam cum quidam ex iis, qui simul cum eo in exsilio fuerant, caedem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat publice, prohibuit et id, quod pollicitus erat, praestitit.

pugnabant, im D. füge hinzu 'für dieselbe'.

5. *hinc,* von Phyle.

ab eaque übersetze nach *paucique* 1, 2.

6. *Usus est* s. zu I, 8, 3.

prudentia, 'kluge Berechnung'; er wollte sie nicht zum äußersten, verzweifelten Widerstand aufstacheln.

prior 'zuvor', ehe er selbst angegriffen wurde, s. zu *princeps* 1, 5.

iacentem 'Gefallenen'.

nil = nihil. — *quaeque* = et quae.

7. *quidem* übers. wie oben § 2.

exadversus wie II, 3, 4 *exadversum Athenas.*

3. 1. *Hoc deiecto* 'nach dessen Sturz'. — *Attici* gebraucht N. zuweilen statt Athenienses.

decem, nach dem Tode des Kritias waren die übrigen der Dreißig nach Eleusis geflohen, worauf statt ihrer zu Athen 10 neue Gewalthaber eingesetzt wurden. — *superioris,* näml. der Dreißig; *erant usi* 'gefolgt waren', s. zu I, 8, 3.

ne qui — publicarentur ebenso wie § 2 *ne quis — multaretur* Prohibitivsätze 'niemand sollte'; *redderetur* dagegen ein Befehl wie II, 6, 5 *opus facerent.*

2. *hoc,* näml. hoc factum.

legem ferre, eigentl. ein Gesetz vor die Volksversammlung bringen, dann 'ein G. geben'.

ante actarum rerum, der Genit. ist zeugmatisch auch auf *multaretur* zu beziehen.

illi, die Athener, wie der Zusammenhang lehrt: *oblivionis,* näml. legem. Wegen der Übersetzung s. zu VII, 5, 3 *contra Lacedaemoniorum.* Griechisch heißt Amnestie ἄδεια, erst später ἀμνηστία (oblivio).

3. *cum quibus* s. zu I, 1, 2.

reditum erat 'man —'; *publice* wie II, 8, 5.

4. Huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis; quam quod amor civium et non vis expresserat, nullam habuit invidiam magnaque fuit gloria.
2 Bene ergo Pittăcus ille, qui in VII sapientum numero est habitus, cum Mytilenaei multa milia iugerum agri ei muneri darent, 'Nolite, oro vos', inquit, 'id mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius quam centum iugera, quae et meam animi aequitatem et vestram voluntatem indicent'. Nam parva munera diutina, locupletia non propria esse consuerunt.
3 Illa igitur corona contentus Thrasybulus neque amplius requisivit neque quemquam honore se antecessisse existimavit.
4 Hic sequenti tempore cum praetor classem ad Ciliciam appulisset, neque satis diligenter in castris eius agerentur vigiliae, a barbaris, ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est. 390

4. 1. *honoris corona,* im D. kann man oft aus dem Substantiv und seiner Beifügung ein Kompositum bilden. — *facta* ist bloß durch eine Präpos. wiederzugeben.

quam quod s. zu I, 1, 2 *cuius generis.* — *expresserat* 'abgedrungen od. abgenötigt hatte' paßt genau genommen nur zu *vis,* nicht zu *amor civium* 'die Liebe seiner Mitbürger' (Zeugma, s. zu XXIII, 8, 2). Doch bemerkt ein Herausg.: auch in jener Liebe lag eine Nötigung. — Es heißt *et non vis,* nicht nec, weil *non* nur das nachdrücklich entgegengestellte *vis* negiert.

habuit 'war er (der Kranz) verbunden mit —'; *magna fuit gloria* (Abl.) 'war sehr ruhmvoll (für ihn)'.

2. *Pittacus* (aus Mytilēne auf der Insel Lesbos lebte um 600 v. Chr.) Prädikat *inquit.* — *ille* s. zu III, 1, 2 *testula illa.*

haberi in numero aliquo (od. *haberi* allein mit *in* c. abl.) 'darunter gerechnet werden'.

sapientum ist poëtische Form.

iugerum, so lautet regelmäßig der gen. plur. von *iugerum.*

id, d. i. etwas der Art; deshalb die Konjunktive *invideant* — *concupiscant,* s. zu I, 8, 4 *pateret.* — *quod* — *invideant,* näml. mihi; die Konstruktion (alicui) *aliquid invidere* findet sich sonst in guter Prosa nicht. — *etiam,* s. zu II, 4, 5.

quae indicent, ein Satz wie *qui consulerent* I, 1, 2. — *animi aequitatem* 'Genügsamkeit'.

Nam parva usw. Hierdurch begründet N. sein obiges Urteil: *Bene ergo Pittacus.*

propria 'dauerndes Eigentum'.

3. *igitur* knüpft an die unterbrochene Erzählung wieder an. — *quemquam* — *se,* welches ist Subjekt?

4. *praetor* s. zu I, 4, 4. — *classem appulisset* wie I, 4, 2.

ex oppido, die Stadt Aspendos, wo dies geschah, lag nicht in Cilicien, sondern in Pamphylien.

IX.

1. Conon Atheniensis Peloponnesio bello accessit ad rem
publicam, in eoque eius opera magni fuit. Nam et praetor
pedestribus exercitibus praefuit et praefectus classis magnas
mari res gessit. Quas ob causas praecipuus ei honos habitus
est. Namque omnibus unus insulis praefuit; in qua potestate
2 Pheras cepit, coloniam Lacedaemoniorum. Fuit etiam extremo
Peloponnesio bello praetor, cum apud Aegos flumen copiae
405 Atheniensium ab Lysandro sunt devictae. Sed tum afuit,
eoque peius res administrata est. Nam et prudens rei mili-
3 taris et diligens erat imperator. Itaque nemini erat iis tem-
poribus dubium, si adfuisset, illam Atheniensis calamitatem
accepturos non fuisse.

2. Rebus autem adflictis, cum patriam obsideri audisset, non quaesivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde praesidio posset esse civibus suis. Itaque contulit se ad Pharnabāzum, satrapem Ioniae et Lydiae eundemque generum regis et propinquum;

1. 1. *accedere ad rem publicam* 'in die Staatsverwaltung eintreten'.

in eoque s. zu V, 4, 1 *in bello.* — *opera* 'Wirksamkeit'; *magni fuit* 'war von großer Bedeutung'.

pedestribus exercitibus wie VII, 8, 2. — *mari* ohne in wie XIII, 2, 2 und II, 4, 5; aber XXIII, 8, 4 *in Pamphylio mari* und *in terra* II, 3, 1. V, 2, 2.

quas ob causas s. zu II, 8, 1.

habitus est 'wurde erwiesen'.

omnibus unus, weshalb nebeneinander gestellt?

insulis praefuit, dies, sowie der Angriff auf Pherä, steht hier nicht am rechten Orte. Über die Inseln, und zwar nur über die den Persern unterthänigen, hatte er das Kommando, als ihn Artaxerxes mit der Ausrüstung einer Flotte beauftragt hatte (Kap. 4, 2). Der Zug gegen Pherä fällt erst nach der Schlacht bei Knidos (Kap. 4, 4).

in qua potestate 'u. in diesem Amt', d. i. damit bekleidet, s. zu I, 3, 5 u. vgl. *in magnis imperiis* XVIII, 2, 3.

coloniam, so wird Pherä nach röm. Sprachgebrauch genannt; die Lakedämonier hatten nach der Unterjochung Messeniens die Bewohner zu Heloten gemacht und das Land an Bürger von Sparta vergeben; s. zu I, 6, 4.

2. *extremo* s. zu XVIII, 9, 3 *ad infimos montes.*

cum sunt devictae 'zu der Zeit' oder 'damals, als'.

tum afuit ist unrichtig. Er war zugegen, doch traf ihn die Schuld der Niederlage nicht; auch gelang es ihm, mit 8 Schiffen nach Cypern zu entkommen.

administrata est 'wurde geleitet'.

prudens c. gen. 'kundig'.

3. *accepturos non fuisse*, infin. perf. der coniugatio periphrastica 'würden nicht erlitten haben'. Ebenso 2, 3 *regi fuisse erepturum.* Wegen des accus. c. inf. s. zu *non dubitans* I, 3, 6.

2. 1. *Rebus adflictis* 'bei der unglücklichen Lage der Dinge'.

patriam hier 'die Vaterstadt'. — *obsideri*, von den Lakedämoniern.

quaesivit 'suchte'; *unde* 'von wo aus'.

satrapem, s. zu VI, 4, 1. — *eundemque* 'und zugleich', s. zu III, 2, 1. — *propinquum*, er war also nicht nur durch Heirat (adfinis), sondern auch auf andere Weise mit

apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque
effecit periculis. Nam cum Lacedaemonii, Atheniensibus de- 2
victis, in societate non manerent, quam cum Artaxerxe fece- 396
rant, Agesilāumque bellatum misissent in Asiam, maxime
impulsi a Tissapherne, qui ex intimis regis ab amicitia eius
defecerat et cum Lacedaemoniis coierat societatem: hunc ad-
versus Pharnabazus habitus est imperator, re quidem vera
exercitui praefuit Conon, eiusque omnia arbitrio gesta sunt.
Hic multum ducem summum Agesilaum impedivit saepeque 3
eius consiliis obstitit: neque vero non fuit apertum, si ille non
fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus regi fuisse erepturum. 4
Qui posteaquam domum a suis civibus revocatus est, quod 394
Boeotii et Athenienses Lacedaemoniis bellum indixerant, Co-
non nihilo setius apud praefectos regis versabatur iisque om-
nibus magno erat usui.

3. Defecerat a rege Tissaphernes, neque id tam Arta-
xerxi quam ceteris erat apertum. Multis enim magnisque me-
ritis apud regem, etiam cum in officio non maneret, valebat.
Neque id erat mirandum, si non facile ad credendum adduce-
batur, reminiscens eius se opera Cyrum fratrem superasse.
Huius accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, 2
posteaquam venit, primum ex more Persarum ad chiliarchum, 395

dem König verwandt. — *regis,* des Perserkönigs, nach dem Sprachgebrauch der Griechen, welche häufig den Perserkönig bloß durch βασιλεύς 'König' ohne weiteren Zusatz bezeichneten.

apud quem ut usw. Konstr. *et effecit multo labore multisque periculis, ut apud eum* usw. — *gratia valeret* wie V, 2, 1 *auctoritate valuit.*

2. *devictis,* über *de* s. zu I, 2, 2.

Artaxerxes s. zu VII, 9, 5. — *bellatum* welche Form?

ex intimis regis 'aus der Zahl der Vertrauten des Königs'. Der Verrat des Tissaphernes war jedoch keineswegs erwiesen; falsch ist wenigstens, daß er die Lakedämonier zum Kriege veranlaßt habe. Er selbst kämpfte zuerst gegen Agesilaus, wie Nep. XVII, 2 u. 3 richtig erzählt; und erst, als er auf die Verleumdung seiner Gegner (395) hingerichtet worden war, wandte sich Ages. gegen Pharnabazus. Somit fällt auch die nachher erzählte Sendung des Kon. an Artaxerxes bereits in das J. 395.

hunc adversus, vgl. *hunc iuxta* IV, 4, 4. — *habitus est* usw. Jener galt nur für den Feldherrn, dieser war es in der That. Über *quidem* s. zu II, 10, 3.

3. *Hic,* Konon. — *multum* wie I, 8, 2. — Betone *ducem summum* 'den so ausgezeichneten Feldherrn Ag.'

neque vero non wie VIII, 2, 2.

4. *bellum,* der sogenannte Böotisch-Korinthische Krieg von 395 bis 387.

3. 1. *tam — quam* s. zu V, 1, 3. *Multis — meritis* 'wegen —'.

Cyrus, der Jüngere, Bruder des Artaxerxes, empörte sich gegen diesen, fiel aber in der Schlacht bei Kunaxa 401.

opera s. zu VI, 1, 3.

2. *missus* löse durch 'als' auf und ordne dann: *accessit, posteaquam venit* (ad regem), *primum ad chiliarchum* usw. Der Nebensatz *posteaquam venit* kann im D. ein Substant. m. Präp. werden. — *ex more,* vgl. *ex pacto* I, 2, 4; *ex sententia* VII, 7, 1.

chiliarchus, χιλίαρχος 'Chiliarch', eigentlich ein Oberst über 1000.

qui secundum gradum imperii tenebat, Tithrausten accessit
seque ostendit cum rege colloqui velle. Nemo enim sine hoc
3 admittitur. Huic ille 'Nulla,' inquit, 'mora est; sed tu delibera,
utrum colloqui malis an per litteras agere, quae cogitas.
Necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem'
(quod *προσκύνησιν* illi vocant). 'Hoc si tibi grave est, per
4 me nihilo setius editis mandatis conficies, quod studes.' Tum
Conon 'Mihi vero', inquit, 'non est grave quemvis honorem
habere regi; sed vereor, ne civitati meae sit opprobrio, si,
cum ex ea sim profectus, quae ceteris gentibus imperare consuerit, potius barbarorum quam illius more fungar.' Itaque,
quae volebat, huic scripta tradidit.

4. Quibus cognitis rex tantum auctoritate eius motus est,
ut et Tissaphernem hostem iudicarit et Lacedaemonios bello
persequi iusserit et ei permiserit, quem vellet, eligere ad
dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conon negavit sui esse
consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet; sed se
2 suadere, Pharnabazo id negotii daret. Hinc, magnis muneribus donatus, ad mare est missus, ut Cypriis et Phoenicibus
ceterisque maritimis civitatibus navis longas imperaret classemque, qua proxima aestate mare tueri posset, compararet, dato
3 adiutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedaemoniis

ostendit 'zeigte an, erklärte'.

sine hoc, d. h. ohne diese Meldung beim Chiliarchen.

3. *mora* hier 'Hindernis'.

colloqui, im Gegensatz zu *per litteras agere,* 'persönlich mit jemand sprechen'. *Per litteras* wird im D. ein Adverb. — *cogitas,* s. zu *cogitata* IV, 3, 1.

venerari drückt diese orientalische Ceremonie, wobei man niederfiel und den Boden küßte, nicht genau genug aus, weshalb N. das bezeichnendere griech. Wort einschaltet. Im D. 'anbeten'.

illi, Graeci, vgl. VIII, 3, 2.

quod προσκύνησιν — vocant s. zu V, 3, 1; IV, 3, 6.

grave 'lästig'. — *per me,* wie *per Thrasybulum* VII, 5, 4. — *editis mandatis* 'wenn du mich mit deinen Aufträgen bekannt machst'. — *quod studes,* nämlich conficere, im D. 'deinen Zweck'.

4. *Mihi* 'mir für meine Person'. *vero* bekräftigt hier: 'wahrlich'.

ex ea 'aus einem solchen'; *quae consuerit* s. zu *pateret* I, 8, 4. — *more fungi* ähnlich wie *more uti* VIII, 3, 1 'üben'.

scripta 'schriftlich'.

4. 1. *cognitis* wie VI, 4, 3.

auctoritate wie I, 5, 2. — *iudicarit* 'erklärte'. Über das Perf. s. zu I, 5, 5.

persequi, Subj. eum, Cononem.

ad dispensandam pecuniam 'zum Kriegszahlmeister', eigentlich?

arbitrium hier 'Wahl'. — *negavit* übersetze wie II, 6, 2. — *sui esse consilii* 'sei Sache seiner Einsicht'.

ipsius, regis.

se suadere, was ist hierzu aus *negavit* zu entnehmen? s. zu *seque nupturam* V, 1, 4. — *daret* s. zu I, 1, 4 *idque Lemnii sua sponte facerent postulasset.* — *id negotii* s. zu *causae quid* IV, 4, 5.

2. *Hinc,* vom Aufenthaltsort des Königs.

imperaret 'zu stellen (schaffen, liefern) befehle'. Über *naves longae* s. zu II, 2, 5.

est nuntiatum, non sine cura rem administrant, quod maius bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum contenderent. Nam ducem fortem, prudentem regiis opibus praefuturum ac secum dimicaturum videbant, quem neque
consilio neque copiis superare possent. Hac mente magnam 4
contrahunt classem; proficiscuntur Pisandro duce. Hos Conon
apud Cnidum adortus magno proelio fugat, multas naves capit, 394
complures deprimit. Qua victoria non solum Athenae, sed etiam cuncta Graecia, quae sub Lacedaemoniorum fuerat im-
perio, liberata est. Conon cum parte navium in patriam venit, 5
muros dirutos a Lysandro utrosque, et Piraei et Athenarum, reficiendos curat pecuniaeque quinquaginta talenta, quae a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

5. Accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior in secunda quam in adversa esset fortuna. Nam classe Peloponnesiorum devicta cum ultum se iniurias patriae pu-
taret, plura concupivit quam efficere potuit. Neque tamen ea 2
non pia et probanda fuerunt, quod potius patriae opes augeri quam regis maluit. Nam cum magnam auctoritatem sibi pugna illa navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset non solum inter barbaros, sed etiam omnes Graeciae civitates, clam dare operam coepit, ut Ioniam et Aeoliam restitueret
Atheniensibus. Id cum minus diligenter esset celatum, Tiri- 3
bāzus, qui Sardibus praeerat, Conōnem evocavit, simulans ad 393
regem eum se mittere velle magna de re. Huius nuntio parens cum venisset, in vincla coniectus est; in quibus aliquamdiu

3. ***non sine cura*** 'mit aller Sorgfalt', s. zu VII, 4, 1.

administrant 'betreiben'. Was für ein Präsens? s. zu I, 2, 4.

fortem, prudentem s. zu VI, 4, 2. *pari magnitudine, tanta similitudine.* — *opibus* wie I, 5, 5. — *superare* hier 'zuvorthun'.

4. *Hac mente* 'so denkend'. — *proficiscuntur,* von einer Flotte?

fugat — capit — deprimit ('bohrt in den Grund'): das Asyndeton versinnlicht hier die schnelle Aufeinanderfolge.

sub Lacedaemoniorum fuerat imperio, seit dem Ende des peloponnesischen Krieges.

5. *muros utrosque,* von den Umfassungsmauern einer Stadt pflegt der Plur. *muri* gebraucht zu werden, der so gewissermaßen Pluraletantum wird; darum der Plural *utrosque.* — *curat* 'läßt'. — *talenta* s. zu I, 7, 6.

5. 1. *ultum,* über das fehlende *esse* s. zu I, 1, 1. — *patriae,* genit. obiectivus 'gegen —', od. 'von demselben erlitten'.

2. *Neque tamen non* 'doch in der That', vgl. *neque vero non* VIII, 2, 1. — *ea* 'diese Bestrebungen'; *pia* 'patriotisch', s. zu XVII, 4, 2. — *probanda,* das Gerundiv. ist zuweilen durch Adjektive auf lich, bar, wert zu übersetzen.

constituisset 'begründet hatte'. — *sed etiam omnes Graeciae civitates,* über die Weglassung der Präpos. s. zu VII, 4, 6 *sed inimicos.*

3. *minus* s. zu *minus probatus* II, 1, 2.

Sardibus, Dat. oder Abl.?

evocare 'zu sich fordern'. — *simulans* s. zu *timens* I, 7, 4.

4 fuit. Inde nonnulli eum ad regem abductum ibique eum per-
isse scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos
plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit; illud
addubitat, utrum Tiribazo sciente an imprudente sit factum.

X.

1. Dion, Hipparini filius, Syracusanus, nobili genere na-
tus, utraque implicatus tyrannide Dionysiorum. Namque ille
superior Aristomăchen, sororem Diōnis, habuit in matrimonio,
ex qua duos filios, Hipparinum et Nisaeum, procreavit toti-
demque filias, nomine Sophrosўnen et Arĕten; quarum priorem
Dionysio filio, eidem, cui regnum reliquit, nuptum dedit, al-
2 teram, Areten, Dioni. Dion autem praeter generosam propin-
quitatem nobilemque maiorum famam multa alia ab natura
habuit bona, in his ingenium docile, come, aptum ad artes
optimas, magnam corporis dignitatem, quae non minimum
commendat, magnas praeterea divitias a patre relictas, quas
3 ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori
neque minus propter mores quam adfinitatem. Namque etsi
Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum propter
necessitudinem, magis etiam suorum causa studebat. Aderat

4. *nonnulli scriptum reliquerunt* ('haben aufgezeichnet') behandle wie IV, 2, 2 *Thucydides memoriae prodidit.*

contra ea s. zu VII, 8, 4. — *Dinon* lebte in der Mitte des 4. Jahrh. vor Chr.

de Persicis rebus, was liegt in dieser Wortstellung?

effugisse scripsit s. zu I, 3, 4 *effici posse.*

addubitat 'will er zweifelhaft lassen'. *Ad* in Zusammensetzungen drückt zuweilen ein Geneigtsein aus. — *sciente an imprudente* 'mit oder ohne Wissen'.

---

1. 1. *natus* mit bloßem Abl. 'stammend'. *Natus* und *implicatus* sind Erweiterung der Überschrift, s. zu II, 1, 1. — *utraque implicatus tyrannide* 'mit der Herrschaft beider Dionyse verflochten'.

ille wie III, 1, 2 *testula illa.* — *superior* = prior wie II, 2, 8. Er herrschte von 406—367.

ex qua vgl. *ex qua natus est Themistocles* II, 1, 2.

regnum s. zu I, 6, 4.

nuptum dedit s. zu IV, 2, 3.

2. *generosam propinquitatem* wie XVIII, 1, 2 *generosa stirps,* 'adlig'.

docile 'bildsam, empfänglich'. — *artes optimae* 'Künste und Wissenschaften'.

magnam corporis dignitatem 'eine sehr edle Körpergestalt'. — *non minimum,* Adverb. 'gar sehr', s. zu VII, 4, 1 *neque ignorans;* eine bei klassischen Schriftstellern seltene Litotes.

3. *neque* übersetze wie in *neque ita multo* V, 3, 4. — *mores* 'Charakter'. Eine Charakterschilderung des älteren Dionys s. XXI, 2, 2.

quam adfinitatem s. zu VII, 4, 6 *sed inimicos.*

studebat salvum näml. eum esse s. zu I, 3, 4 *effici posse,* 'wünschte ihn erhalten'. — *etiam* beim Komp.? s. zu II, 4, 5.

Aderat, Dionysio, 'war sein Bei-

in magnis rebus, eiusque consilio multum movebatur tyrannus,
nisi qua in re maior ipsius cupiditas intercesserat. Legationes 4
vero omnes, quae essent illustriores, per Dionem administrabantur; quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando crudelissimum nomen tyranni sua humanitate leniebat.
Hunc a Dionysio missum Carthaginienses suspexerunt, ut ne- 5
minem unquam Graeca lingua loquentem magis sint admirati.

2. Neque vero haec Dionysium fugiebant. Nam, quanto esset sibi ornamento, sentiebat. Quo fiebat, ut uni huic maxime
indulgeret neque eum secus diligeret ac filium; qui quidem, 2
cum Platōnem Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata, adulescenti negare non potuerit, quin eum arcesseret, cum Dion eius audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam
magnaque eum ambitione Syracusas perduxit. Quem Dion 3
adeo admiratus est atque adamavit, ut se ei totum traderet. Neque vero minus ipse Plato delectatus est Dione. Itaque cum a tyranno crudeliter violatus esset, quippe qui eum venumdari iussisset, tamen eodem rediit eiusdem Dionis precibus
adductus. Interim in morbum incidit Dionysius. Quo cum 4
gravius conflictaretur, quaesivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet, simulque ab iis petiit, si forte maiori esset periculo, ut sibi faterentur: nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno; quod sororis suae filios ex illo natos partem

stand'. — *multum,* adverbiell wie I, 8, 2. — *maior ipsius cupiditas* 'seine eigene zu mächtige Leidenschaft'.

4. *vero* wie XV, 1, 2. — *quae essent illustriores* ('mit einem gewissen Glanz verbunden'), ein Satz wie *pateret* I, 8, 4.

quas quidem s. zu III, 1, 3. — *obire* 'sich unterziehen'; die gerundia verwandle im D. in einen Nebensatz mit 'indem'. Über das Asyndeton s. zu V, 2, 5.

crudelissimum nomen tyranni 'den Ruf arger Grausamkeit, in dem der Tyrann stand'. — *humanitate* wie I, 8, 4.

5. *ut* (adeo ut) *sint admirati,* über diese Tempusfolge s. zu I, 5, 5. — *neminem unquam* übersetze nach *nullo unquam* I, 5, 5. — *Graeca lingua loquentem* wie I, 3, 2.

2. 1. *Neque vero* s. zu VII, 5, 1. — *fugiebant* 'entging ihm'.

Quo s. zu *cuius generis* I, 1, 2. — *indulgeret* 'sich willfährig zeigte'. — Über *unus* beim Superlativ s. zu I, 1, 1.

ac 'als', s. zu XIV, 3, 5.

2. *qui quidem* ('da er ja') — *non potuerit,* der Relativsatz dient zur Begründung wie II, 7, 6 *qui id potius intuerentur.*

Platonem s. zu VII, 2, 2.

dedit veniam wie II, 10, 1. — *ambitio* hier das eitle Streben, Aufsehen zu erregen, 'Gepränge'.

3. *adamavit,* 'gewann lieb', s. zu *addubitat* IX, 5, 4.

delectatus est 'fand Gefallen'.

cum wie III, 3, 2 *cum tantis rebus praefuisset.*

rediit, jedoch erst unter der Herrschaft d. jüngern Dionys, s. 3, 1.

4. *conflictaretur* hier passivisch wie XX, 1, 2 'von dieser hart mitgenommen wurde'.

maiori esset periculo, N. bildet einigemal den Abl. der Komparative auf *i.* N. sagt sowohl *magno periculo esse* (abl. qualit.) als *in magno per. esse.*

velle se, wovon abhängig? s. zu I, 1, 3 *incepta prospera futura.*

quod putabat s. zu *transportarat* I, 3, 4.

ex illo natos s. zu II, 1, 2.

5 regni putabat debere habere. Id medici non tacuerunt et ad Dionysium filium sermonem rettulerunt. Quo ille commotus, ne agendi esset Dioni potestas, patri soporem medicos dare
367 coëgit. Hoc aeger sumpto sopitus diem obiit supremum.

3. Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis, eaque multis rebus aucta est. Sed tamen primis temporibus aliquamdiu simulata inter eos amicitia mansit. Cum Dion non desisteret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret et eius consiliis uteretur, ille, qui in aliqua re vellet
2 patrem imitari, morem ei gessit. Eodemque tempore Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannis. Sed de hoc in eo libro plura
3 sunt exposita, qui de historicis Graecis conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit valuitque eloquentia, ut ei persuaserit tyrannidis facere finem libertatemque reddere Syracusanis: a qua voluntate Philisti consilio deterritus aliquanto crudelior esse coepit.

4. Qui quidem cum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens ne, si eum secum haberet,
366 aliquam occasionem sui daret opprimendi, navem ei triremem dedit, qua Corinthum deveheretur, ostendens se id utriusque facere causa, ne, cum inter se timerent, alteruter
2 alterum praeoccuparet. Id cum factum multi indignarentur magnaeque esset invidiae tyranno, Dionysius omnia quae moveri poterant Dionis in navis imposuit ad eumque misit.

5. *et* 'sondern' s. zu XVIII, 4, 3. — *potestas* wie VII, 9, 5. — *agendi*, näml. cum patre.

3. 1. *qui — vellet* dient zur Begründung, vgl. 2, 2. Betone *aliqua*; s. zu 4, 1.

2. *amicum* übersetze nach II, 6, 1 *neque magno neque bono.* — Über *non magis quam* s. zu V, 1, 2 *non magis amore quam more ductus.* — *tyrannis* 'der Tyrannen überhaupt, der Tyrannei', d. h. er zog die Gewaltherrschaft eines Einzigen den übrigen Regierungsformen vor.

in eo libro, qui s. d. Einl.

3. *tantum* gehört sowohl zu *potuit* als zu *valuit*: 'vermochte so viel und wirkte so mächtig'.

ei persuaserit facere, ungewöhnliche Konstruktion. Was erfordert die Regel? — *persuaserit* s. zu I, 5, 5 *profligarint.*

a qua, im D. knüpfe mit 'aber' an. — *voluntate* wie VI, 2, 3.

4. 1. *Qui quidem* wie 1, 4 *quas quidem.* — *ingenio, auctoritate, amore populi* s. zu I, 8, 4.

secum 'in seiner Umgebung, um sich'. — *aliquis* nach *ne* ist nachdrücklicher als das bloße *quis*: 'irgend welche'. — *opprimere* 'überwältigen, stürzen'.

qua deveheretur wie *qui consulerent* I, 1, 2. Ebenso unten § 5 *qui eum — deducerent.*

ostendens wie IX, 3, 2.

inter se timerent s. zu III, 1, 1 *obtrectarunt inter se.*

praeoccuparet 'zuvorkäme', d. h. den andern, ehe er es vermutete, zu stürzen suchte.

2. *invidiae* nicht 'Neid'. *Esse* beim Dativ auf die Frage wozu? ist oft freier zu übersetzen.

Dionis gehört zu *quae moveri poterant omnia*: 'die ganze bewegliche Habe'. Vgl. zu II, 2, 8.

Sic enim existimari volebat, id se non odio hominis sed suae salutis fecisse causa. Postea vero quam audivit eum in Pelo- 3
ponneso manum comparare sibique bellum facere conari, Areten, Dionis uxorem alii nuptum dedit filiumque eius sic educari iussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero, priusquam pubes esset, scorta adducebantur, vino 4
epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio relinquebatur. Is usque eo vitae statum commutatum ferre non potuit, post- 5
quam in patriam rediit pater (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent), ut se de superiore parte aedium deiecerit atque ita interierit. Sed illuc revertor.

5. Postquam Corinthum pervenit Dion, et eodem perfugit Heraclīdes ab eodem expulsus Dionysio, qui praefectus fuerat equitum, omni ratione bellum comparare coeperunt. Sed non multum proficiebant, quod multorum annorum ty- 2
rannis magnarum opum putabatur. Quam ob causam pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion, fretus non 3
tam suis copiis quam odio tyranni, maximo animo duabus onerariis navibus quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum centumque peditum milibus, profectus oppugnatum, quod omnibus gentibus admirabile est visum, adeo facile perculit, ut post diem tertium, quam Siciliam attigerat, Syracusas introierit. Ex quo 357
intellegi potest nullum esse imperium tutum nisi benevolentia

Sic existimari wie VII, 6, 2 *sic enim populo erat persuasum.* — *id,* die Verbannung des Dion. — *odio hominis* was für ein Genitiv? vgl. *iniurias patriae* IX, 5, 1.

3. *Posteaquam* durch ein eingeschobenes Wort getrennt; *postea vero quam* N. stets, Cicero in der Regel.

imbueretur cupiditatibus, wir: 'die Leidenschaften werden ihm eingeflößt'.

4. *sobrio,* d. i. ut sobrius esset, eigentlich 'als —'; proleptisches Prädikat, s. zu II, 6, 5.

5. *usque eo — non,* bis zu dem Grade — nicht, d. i. 'so wenig'. Dazu gehört *ut se deiecerit.*

deiecerit — interierit s. zu I, 5, 5 *profligarint.*

illuc, d. i. zum Bericht von der Vertreibung Dions.

5. 1. *ab eodem,* wie zu übersetzen? s. zu III, 2, 1.

comparare, wir: 'sich dazu rüsten'.

2. *multorum annorum* ('langjährig') nachher § 3 *quinquaginta annorum imperium,* denn im J. 406 hatte sich der ältere Dionys der Tyrannis bemächtigt. Die genitivi qualit. sind oft durch Adjektive wiederzugeben. So auch *magnarum opum* 'sehr mächtig'.

pauci 'nur wenige'.

periculi 'gefahrvolles Unternehmen'.

3. *odio,* der Unterthanen gegen ihren Tyrannen.

Konstr. *maximo animo duabus on. nav. profectus oppugnatum* (Supin.) *quinquaginta annorum imperium;* das Partizip löse auf wie *abreptos* I, 4, 2. — *longis navibus* s. zu II, 2, 5.

quod — est visum gehört zu *adeo facile perculit.*

post diem tertium quam attigerat s. zu III, 3, 3.

introierit s. zu I, 5, 5 *profligarint.*

4 munitum. Eo tempore aberat Dionysius et in Italia classem opperiebatur adversariorum, ratus neminem sine magnis copiis
5 ad se venturum. Quae spes eum fefellit. Nam Dion iis ipsis, qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus repressit totiusque eius partis Siciliae potitus est, quae sub Dionysii fuerat potestate, parique modo urbis Syracusarum praeter
6 arcem et insulam adiunctam oppido; eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas Apollocrătes, cui maximam fidem uni habebat Dionysius.***

6. Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio, quod fortuna sua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta. Primum in filio,
2 de quo commemoravi supra, suam vim exercuit. Nam cum uxorem reduxisset, quae alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria, accepit gravissimum
3 parens vulnus morte filii. Deinde orta dissensio est inter eum et Heraclidem; qui, quod principatum non concedebat, factionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates,

4. Betone *classem.* Dionys wähnte, seine Gegner würden mit einer ganzen Flotte gegen ihn anrücken, und da man beim Übersetzen von Griechenland nach Sizilien gewöhnlich nach der Südspitze Italiens fuhr, so erwartete er sie dort mit einem Teil seiner Flotte. Allein Dion hatte einen andern Weg eingeschlagen.

ad se hier feindlich 'an ihn heran, auf ihn los'.

5. *Quae spes eum fefellit* knüpfe an wie 3, 3 *a qua.* — *iis ipsis,* abl. instr., wie bei Truppenbezeichnungen; die Personen sind als bloße Werkzeuge betrachtet.

spiritus im Plural 'Stolz, Übermut'; *regios,* d. i. tyranni, wie oben (1, 1. 2, 4) die Herrschaft des Dionys *regnum* heißt.

potitus est s. zu VI, 1, 4.

insulam, die auf der Insel Ortygia angelegte Altstadt wurde nach der Vergrößerung der Stadt gewöhnlich schlechthin die 'Insel' (dorisch *Νᾶσος*) genannt; daselbst lag die Burg; sie war von dem Stadtteil Achradina nur durch einen schmalen Kanal getrennt, mit demselben früher durch einen Steindamm, später durch eine Brücke verbunden.

6. *vellet,* der Friede kam aber nicht zu stande und Dionys wurde vertrieben. Es ist wahrscheinlich, daß der Schluß des Kapitels, der dies enthielt, ausgefallen ist.

obtinerent s. zu *opus facerent* II, 6, 5.

Italiam, d. h. das Stück von Unteritalien, das zu Dionys' Herrschaft gehörte.

Apollocrates war ein Sohn des Dionys. — *uni* s. zu I, 1, 1.

6. 1. *res* 'Ereignisse'.

mobilitate, abl. causae 'vermöge oder bei —'; *sua* 'der ihm eigentümlichen'.

demergere, der bildliche Ausdruck ist im D. zu ändern: 'stürzen'; ergänze hierzu eum.

2. *reduxisset* 'wieder genommen hatte'.

fuerat tradita s. zu V, 2, 1 *fuerat versatus.*

perditus, eig. verloren, so daß kein Heil und keine Hoffnung mehr vorhanden ist, daher 'heillos'.

parens 'als Vater'.

vulnus wie XIV, 6, 1.

3. *qui* = et is; *comparavit* 'warb'. — *non concedebat,* wem? Über *principatus* s. zu III, 1, 1.

minus, als Dion. Über *optimates* s. zu VII, 5, 4.

quorum consensu praeerat classi, cum Dion exercitum pede-
strem teneret. Non tulit hoc animo aequo Dion et versum 4
illum Homeri rettulit ex secunda rhapsodia, in quo haec sen-
tentia est: non posse bene geri rem publicam multorum im-
periis. Quod dictum magna invidia consecuta est; namque
aperuisse videbatur omnia in sua potestate esse velle. Hanc 5
ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit
Heraclidemque, cum Syracusas venisset, interficiundum curavit.

7. Quod factum omnibus maximum timorem iniecit. Nemo
enim illo interfecto se tutum putabat. Ille autem adversario
remoto licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensisse,
militibus dispertivit. Quibus divisis, cum cotidiani maximi 2
fierent sumptus, celeriter pecunia deesse coepit, neque, quo
manus porrigeret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones.
Id eiusmodi erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret
optimates. Quarum rerum cura frangebatur et insuetus male 3
audiendi non animo aequo ferebat de se ab iis male existi-
mari, quorum paulo ante in caelum fuerat elatus laudibus.
Vulgus autem, offensa in eum militum voluntate, liberius
loquebatur et tyrannum non ferendum dictitabat.

8. Haec ille intuens cum, quemadmodum sedaret, nesciret
et, quorsum evaderent, timeret, Callicrătes quidam, civis Athe-
niensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat,
homo et callidus et ad fraudem acutus, sine ulla religione ac

Was heißt *exercitus pedester* im Gegensatz zu *classis*?

4. *animo aequo*, im D. ein Wort. — *et* s. zu XVIII, 4, 3 *mansit et.*

rettulit 'führte an'; *ex secunda rhapsodia*, der Ilias (v. 204) οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. 'Niemals frommt Vielherrschaft im Volk; nur einer sei Herrscher!'

invidiae s. zu 4, 2.

velle, Subjekt? s. zu I, 2, 4 *sese dedituros.*

5. *Hanc*, näml. invidiam. — *interficiundum curavit* wie *reficiendos curat* IX, 4, 5.

7. 1. *licentius* übersetze nach der Bemerkung zu *liberius* II, 1, 2.

quos sciebat s. zu *quam non dubitabat* VI, 3, 5. — *adversus aliquem sentire* 'feindlich gesinnt sein'.

2. *cotidiani sumptus*, nämlich an Geschenken für die Soldaten. Denn einmal damit begonnen, ließ sich schwer wieder aufhören. Wie es scheint, hatte er durch die Ermordung des Heraclides sich auch das Heer entfremdet.

neque suppetebat, quo 'nichts, wonach', vgl. *neque fecisse* II, 7, 4.

eiusmodi erat 'hatte die Folge', eigentlich?

3. *frangebatur* wie II, 1, 3 *quae contumelia non fregit eum.*

male audire 'Übles von sich hören', d. i. 'in üblem Rufe stehen'. — *male existimare* 'Übles denken'.

fuerat elatus s. zu V, 2, 1 *fuerat versatus.*

offensa — voluntate ('Stimmung') löse durch 'so oft' auf.

loquebatur wie VII, 7, 2. — *dictitabat* wie VI, 1, 4; *non ferendum*, näml. esse.

8. 1. *Haec intuens*, vgl. *haec respiciens* I, 8, 4. *Haec*, d. i. den gegen ihn erregten Unwillen, denke auch als Objekt zu *sedaret* und als Subjekt zu *evaderet* 'hinauslaufen'.

acutus 'abgefeimt'. — *sine ulla religione ac fide*, adverbielles Attri-

2 fide, adit ad Dionem et ait eum magno in periculo esse propter offensionem populi et odium militum, quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum. Quem si invenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum adversariosque sublaturum, quod inimici
3 eius dissidenti suos sensus aperturi forent. Tali consilio probato, excepit has partes ipse Callicrates et se armat imprudentia Dionis; ad eum interficiundum socios conquirit, ad-
4 versarios eius convenit, coniuratione confirmat. Res, multis consciis quae ageretur, elata defertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Areten. Illae timore perterritae conveniunt, cuius de periculo timebant. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quae agerentur, fieri praecepto
5 suo. Mulieres nihilo setius Callicratem in aedem Proserpinae deducunt ac iurare cogunt nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac religione non modo non est deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens, ne prius consilium aperiretur suum, quam cogitata perfecisset.

but s. zu III, 2, 1 *pugna apud Salamina*. — *religione*, s. zu II, 8, 4. Der Verbindung *religio ac fides* entspricht etwa 'Treu und Glauben'.

adit, was für ein Präsens? s. zu I, 2, 4.

2. *quod*, näml. periculum.

nisi alicui, derselbe Fall wie 4, 1 bei *ne aliquam*. Zuweilen wird auch durch *aliquis* unter dem Scheine der Unbestimmtheit ein bestimmter Gegenstand bezeichnet, wie hier, wo sich Callicrates selbst im Sinne hat. — *suorum* wie in *suos reddiderat* VII, 3, 4. Ebenso unten 9, 3 *suorum e numero*. — *negotium daret* wie VII, 10, 4.

qui 'daß er', s. zu II, 7, 2 *qui rem explorarent*.

Quem si invenisset idoneum 'wenn er eine dazu geeignete Persönlichkeit gefunden hätte'. — *cogniturum* — *sublaturum*, Subjekt eum, Dionem, s. zu *effici posse* I, 3, 4.

dissidenti, näml. *a Dione*. — *forent* s. zu VI, 3, 5.

3. *Tali* wie II, 2, 8.

partes 'die Rolle'. — *se armat imprudentia Dionis*, d. h. er gebraucht Dions Unvorsichtigkeit als Waffe zu dessen eigenem Verderben; denn nun konnte er ohne Furcht mit seinen Feinden verkehren.

excepit — *et* — *armat*, Wechsel der Tempora wie XIII, 3, 4.

convenire aliquem wie VII, 9, 5. — *coniuratione confirmat* 'bestärkt sie durch einen gegenseitig geleisteten Eid'. Über das Asyndeton s. zu IX, 4, 4. Vgl. auch unten 9, 1.

4. *Multis consciis* wie I, 3, 6. — *quae ageretur*, der Konj., weil der Relativsatz den Grund (zu *elata*) angiebt.

elata löse auf 'wird bekannt und'. — *conveniunt* (eum), *cuius*. Im Lat. wird öfters vor einem Relativsatze das hinweisende Pronomen weggelassen, wo es im D. nicht zu entbehren ist.

sed illa fieri, hängt dies noch von *negat* ab? s. zu V, 1, 4 *seque nupturam*.

5. *Proserpinae*. Der Eid bei den unterirdischen Gottheiten galt für besonders furchtbar.

nihil ab illo — *Dioni* ist aus dem Sinne der Frauen gesagt, nicht des Callicrates: darum *ab illo*, nicht a se. Zu *nihil periculi* vgl. *nihil doli* II, 4, 5. — *fore* 'drohe'.

religio hier 'der Eid'.

9. Hac mente proximo die festo, cum a conventu se re-
motum Dion domi teneret atque in conclavi edito recubuisset,
consciis facinoris loca munitiora oppidi tradit, domum custo-
diis saepit, a foribus qui non discedant, certos praeficit: na- 2
vem triremem armatis ornat Philostratoque, fratri suo, tradit
eamque in portu agitari iubet, ut si exercere remiges vellet,
cogitans, si forte consiliis obstitisset fortuna, ut haberet, qua
fugeret ad salutem. Suorum autem e numero Zacynthios 3
adulescentes quosdam eligit cum audacissimos tum viribus
maximis, iisque dat negotium, ad Dionem eant inermes, sic
ut conveniendi eius gratia viderentur venire. Hi propter noti-
tiam sunt intromissi. At illi, ut limen eius intrarant, foribus 4
obseratis in lecto cubantem invadunt, colligant; fit strepitus,
adeo ut exaudiri possit foris. Hic, sicut ante saepe dictum 5
est, quam invisa sit singularis potentia et miseranda vita,
qui se metui quam amari malunt, cuivis facile intellectu fuit.
Namque Illyrici custodes, si prompta fuissent voluntate, foribus 6

9. 1. *Hac mente* wie IX, 4, 4. *se domi teneret* anders XV, 10, 3 *domo se tenuit.*

conventus hier die 'Festversammlung'. — *edito* 'im obern Teile des Hauses'. Dahin pflegte man sich zurückzuziehen, wenn man ungestört sein wollte.

conscii facinoris, in das Unternehmen Eingeweihte, 'Mitverschworene'.

domum, näml. Dionis.

a foribus qui non discedant gehört zu *certos*; *praeficit* 'stellt an' als Wächter.

2. *agitare* hier 'hin- und herrudern'; vgl. dictitare, vocitare. — *ut si* 'wie wenn, gleich als ob'.

cogitans, ut = eo consilio, ut. Die Stellung von *ut* ähnlich wie III, 2, 2. — *haberet, qua* 'er eines hätte, um darauf', s. zu 8, 2 *qui simularet.*

fugeret ad salutem 'sich fliehend (durch die Flucht) rette'.

3. *eant* s. zu *id Lemnii sua sponte facerent postulasset* I, 1, 4.

viderentur, auf ein praes. histor. kann im Nebensatz auch das Imperf. folgen; namentl. steht, wenn dem von einem histor. Präsens abhängigen Satze ein anderer Nebensatz untergeordnet ist, in diesem häufig der Konj. des Impft.

notitia hier 'die Bekanntschaft' im Hause des Dion. Auch läßt sich *propter notitiam* durch einen Kausalsatz wiedergeben.

4. *ut intrarant,* dieselbe Unregelmäßigkeit wie VI, 4, 3 *postquam dixerat.*

invadunt, colligant, was bezweckt das Asyndeton?

5. *Hic* wie hoc loco IV, 4, 3.

saepe. Soweit wir das Werk des Nepos besitzen, geschieht dies nur X, 5, 3; die andern Stellen müssen also in den verloren gegangenen Büchern gestanden haben.

invisa sit. Die Regel fordert esset s. zu VII, 1, 1. — *singularis potentia* 'die Alleinherrschaft'; *vita* (eorum), *qui* s. zu *conveniunt, cuius* 8, 4. Die Weglassung von is ist selten, außer wenn es in demselben Kasus wie das Relativ oder im Nomin. oder Akkus. stehen sollte.

metui quam amari malunt: viel citiert wurde das Wort des Atreus aus der gleichnamigen Tragödie des Accius: oderint, dum metuant.

facile intellectu fuit. Der zeitgenössische Leser mußte sich durch diese und ähnliche Stellen (oben cf. 5, 3. I, 8, 4. VIII, 1, 2) unwillkürlich an die Ermordung Cäsars erinnert fühlen.

6. *Illyrici custodes,* seine aus Barbaren gebildete Leibwache.

voluntate wie 7, 3. — *potuissent,* der Konj. gegen die Regel.

effractis servare eum potuissent, quoad illi inermes, telum foris flagitantes, vivum tenebant. Cui cum succurreret nemo, Lyco quidam Syracusanus per fenestram gladium dedit, quo Dion interfectus est.

10. Confecta caede, cum multitudo visendi gratia introisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. Nam celeri rumore dilato Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspicione ducti immerentes
2 ut sceleratos occidunt. Huius de morte ut palam factum est, mirabiliter vulgi mutata est voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, eidem liberatorem patriae tyrannique expulsorem praedicabant. Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine ab Acherunte, si possent, cuperent
3 redimere. Itaque in urbe celeberrimo loco, elatus publice,
353 sepulcri monumento donatus est. Diem obiit circiter annos LV natus, quartum post annum quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

XI.

1. Iphicrătes Atheniensis non tam magnitudine rerum gestarum quam disciplina militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur.
2 Multum vero in bello est versatus, saepe exercitibus praefuit; nusquam culpa male rem gessit, semper consilio vicit tantumque eo valuit, ut multa in re militari partim nova attulerit,

telum s. zu *subalare telum* VII, 10, 5.

Cui knüpfe an wie 3, 3 *a qua*.

10. 1. *ab insciis*, die Bedeutung ersieh aus *consciis facinoris* 9, 1.

celeri s. zu *gravi* 2, 4.

ut sceleratos 'als die Verbrecher'.

2. *ut palam factum est*, 'als sich die Kunde verbreitet hatte'.

Sic gehört nicht zu *subito*, sondern zu *successerat*.

suo mit Nachdruck wie in *sua modestia* I, 1, 1. — *Acheruns*, ältere Form für Acheron, Fluß der Unterwelt.

3. *celeberrimo* 'sehr besucht'. — *publice* III, 3, 3.

diem obiit = diem supremum obiit VII, 10, 6. Ebenda s. über *natus*.

redierat s. zu III, 3, 3.

1. 1. *non tam magnitudine rerum gestarum*. Hiermit sind jedoch dem Iph. große Kriegsthaten keineswegs abgesprochen. — *disciplina militaris* hier nicht 'Kriegszucht', sondern 'Kenntnis des Kriegswesens, Kriegskunst'.

maiores natu hier im Gegensatz zu *aetatis suae* 'die Älteren', die vor seiner Zeit lebten.

2. *culpa* 'aus Verschulden'. — *male rem gessit* s. zu I, 3, 3. *consilio* wie VIII, 1, 4 *res abit a consilio ad vires virtutemque pugnantium*. Gegensatz: nicht durch Truppenzahl, vgl. XIII, 4, 6.

tantum eo valuit 'war darin so stark' od. 'ausgezeichnet'. — *attulerit* — *fecerit*, über die Tempusfolge s. zu I, 5, 5.

partim meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mutavit; 3
cum ante illum imperatorem maximis clipeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur, ille e contrario peltam pro parma fecit (a quo postea peltastae pedites appellabantur), ut ad motus concursusque essent leviores, hastae modum duplicavit,
gladios longiores fecit; idem genus loricarum mutavit et pro 4
sertis atque aeneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit; nam, pondere detracto, quod aeque corpus tegeret et leve esset curavit.

2. Bellum cum Thracibus gessit; Seuthem, socium Atheniensium, in regnum restituit. Apud Corinthum tanta severitate exercitui praefuit, ut nullae unquam in Graecia neque exercitatiores copiae neque magis dicto audientes fuerint duci,
in eamque consuetudinem adduxit, ut, cum proelii signum ab 2
imperatore esset datum, sine ducis opera sic ordinatae consisterent, ut singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur.
Hoc exercitu moram Lacedaemoniorum interfecit, quod 3
maxime tota celebratum est Graecia. Iterum eodem bello 390
omnes copias eorum fugavit; quo facto magnam adeptus est
gloriam. Cum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre voluit, 4
Iphicraten ab Atheniensibus ducem petivit, quem praeficeret

3. *pedestria arma*, das Adjekt. vertausche im D. mit einem Substant. im Genit.

ante illum imperatorem 'vor seinem Oberbefehl', od. ein Nebensatz mit 'bevor'. So kann man oft ein Substantiv mit einer Präpos. durch einen entsprechenden Nebensatz übersetzen, vgl. X, 9, 3 *propter notitiam*.

pelta (πέλτη), ein leichter, halbmondförmiger Schild; *parma*, ein schwerer, runder Schild. Beim Übersetzen sind beide Worte beizubehalten. — *fecit pro* 'setzte an die Stelle'.

a quo, d. i. a qua re, VII, 2, 2 *de quo*. Jedoch war die *pelta* sowohl als der Name *peltastae* viel älter.

modum hier 'das Längenmaß'.

4. *et* 'und zwar' giebt das Genauere an.

idem s. zu III, 2, 1.

sertis atque aeneis (loricis) Ketten- und Erzpanzer, letztere aus 2 ganzen Stücken bestehend.

linteas, eine Art Leinwandjacken aus mehrfach übereinandergelegtem Zeuge, die mit Essig und Salz steif gemacht wurden.

Quo facto 'hierdurch aber', s. zu I, 1, 2 *cuius generis*.

curavit, quod 'für etwas, das', *aeque*, näml. wie die Ketten- und Erzpanzer; *et* 'und (dabei)'.

2. 1. Die chronologische Ordnung ist hier nicht streng innegehalten. Die Kriegsthaten in Thrakien fallen in die Jahre 389—387, die bei Korinth 393—390 während des sog. korinthischen Krieges, der Feldzug in Ägypten 377—374.

Seuthes, derselbe wie VII, 8, 3.

nullae unquam, wie I, 5, 5. — *dicto audientes duci* wie VI, 1, 2.

2. *in consuetudinem adduxit*, im D. ein Verbum. Objekt? — *cum* s. zu XII, 3, 3.

3. *mora* (μόρα), eine Abteilung des spartan. Fußvolks; die Angaben über ihre Stärke schwanken zwischen 400 und 900 Mann. — *tota Graecia*, warum ohne *in*?

Iterum 'ein zweites Mal'. Betone *omnes*. — *quo facto* wie oben 1, 4.

4. *Cum voluit* wie IX, 1, 2 *cum sunt devictae*. — *Artaxerxes*, derselbe wie VII, 9, 5. IX, 2, 3.

quem, wie zu übersetzen? s. zu II, 7, 2 *qui rem explorarent*.

exercitui conducticio, cuius numerus XII milium fuit. Quem quidem sic omni disciplina militari erudivit, ut, quemadmodum quondam Fabiani milites Romae, sic Iphicratenses apud Grae-
5 cos in summa laude fuerint. Idem subsidio Lacedaemoniis
369 profectus Epaminondae retardavit impetus. Nam nisi eius adventus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.

3. Fuit autem et animo magno et corpore imperatoriaque
2 forma, ut ipso aspectu cuivis iniceret admirationem sui, sed in labore nimis rĕmissus parumque patiens, ut Theopompus memoriae prodidit, bonus vero civis fideque magna. Quod cum in aliis rebus declaravit tum maxime in Amyntae Macedŏnis liberis tuendis. Namque Eurydĭce, mater Perdiccae et Philippi, cum his duobus pueris Amynta mortuo ad Iphicra-
3 tem confugit eiusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem placatis in se suorum civium animis. Causam capitis semel dixit, bello sociali, simul cum Timothĕo, eoque iudicio est
4 absolutus. Menesthĕa filium reliquit ex Thraessa natum, Coti regis filia. Is cum interrogaretur, utrum pluris, patrem matremne, faceret, 'Matrem' inquit. Id cum omnibus mirum videretur, at ille 'Merito' inquit 'facio. Nam pater, quantum in se fuit, Thraecem me genuit, contra ea mater Atheniensem'.

fuit s. zu *erat dignitate regia* I, 2, 3. *Quem quidem* s. zu III, 1, 3. — *Fabiani.* Wie es scheint, ist an Fabius Cunctator zu denken.

5. *Epaminondae impetus* auf die Stadt Sparta. Vgl. XVII, 6, 1.

captam löse auf wie *abreptos* I, 4, 2.

3. 1. *imperatoria forma* s. zu *honoris corona* VIII, 4, 1.

ipso 'bloß, schon'.

2. *remissus* 'schlaff'. — *patiens* wie VII, 1, 3. Üb. *Theopompus* s. die Einl.

bonus wie VIII, 2, 4.

Amyntas, König von Makedonien, Vater Philipps und Großvater Alexanders des Gr.

opibus wie I, 5, 5. Iph. stand damals (368) mit einem Heere in Thrakien.

3. *placatis in se* 'ihm geneigt', eigentlich? Die ablativi absol. bezeichnen den aus der Handlung sich ergebenden Zustand und sind durch 'indem' aufzulösen.

Causa capitis 'peinliche Anklage, Kriminalprozeß'. Über *causam dicere* s. zu VII, 4, 3.

bello sociali. Den Bundesgenossenkrieg führte Athen gegen seine abgefallenen Bundesgenossen Chios, Byzanz, Rhodos 357—355 v. Chr.

simul cum Timotheo. Ausführlicheres darüber s. XIII, 3.

4. *Menesthea,* griech. Akkus. von *Menestheus.* — *Thraessa,* Femin. zu *Thraex,* einer Nebenform v. *Thrax,* die sich aus dem *ᾳ* in *Θρᾷξ* erklärt. Über *ex* bei *nasci* s. zu II, 1, 2. — *Coti,* der Name lautete eigentlich *Cotys,* woraus die Römer *Cotus* machten.

utrum 'welchen von beiden'. Die disjunktive Frage besteht nur aus den Worten *patrem matremne,* welche die Apposition zu *utrum* bilden.

at ille hebt den Gegensatz aufwägend scharf hervor: 'dieser dagegen'.

quantum in se fuit 'soviel an ihm lag'. Denn durch seine Verheiratung mit einer Thrakierin bewirkte er, daß sein Sohn von mütterlicher Seite ein Thrakier wurde.

in se: die Regel forderte in eo. *contra ea* s. zu VII, 8, 4.

XII.

1. Chabrĭas Atheniensis. Hic quoque in summis habitus est ducibus resque multas memoria dignas gessit. Sed ex his elucet maxime inventum eius in proelio, quod apud Thebas
fecit, cum Boeotiis subsidio venisset. Namque in eo victoria 378
fidentem videns summum ducem Agesilāum, fugatis iam ab eo 2
conducticiis catervis, reliquam phalangem loco vetuit cedere, obnixoque genu scuto proiecta hasta impetum excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus contuens progredi non est ausus
suosque iam incurrentes tuba revocavit. Hoc usque eo tota 3
Graecia fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quae publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est, ut postea athletae ceterique artifices iis statibus in statuis ponendis uterentur, quibus victoriam essent adepti.

2. Chabrias autem multa in Europa bella administravit, cum dux Atheniensium esset; in Aegypto sua sponte gessit. Nam Nectenĕbin adiutum profectus regnum ei constituit.

1. 1. Über den Anfang s. zu II, 1, 1. — *in summis habitus est ducibus* übersetze nach VIII, 4, 2 *septem sapientum in numero est habitus.* — *summis* wie VII, 1, 2. Ebenso § 2, wozu IX, 2, 3 zu vergleichen.

inventum in proelio s. zu III, 2, 1 *pugna apud Salamina.*

quod, proelium.

2. *fugatis — catervis* begründet die Zuversicht des Ages.; *phalanx* hieß die geschlossene Schlachtreihe des schwerbewaffneten Fußvolkes. — *reliquam* 'die allein übrige', d. i. die bei der Flucht der Mietstruppen allein stehen geblieben war.

obnixo genu abl. absol., *scuto* Dativ von *obnixo* abhängig. 'Nachdem sie das Knie gegen den Schild gestemmt, mit gefällter Lanze'. Sie mußten sich auf das rechte Knie niederlassen, gegen das linke vorgebogene aber den Schild stemmen, den sie am linken Arm trugen, und der nun den ganzen Körper gegen den Feind deckte.

Id novum 'diese neue Erscheinung'. — *suosque* s. zu XVIII, 4, 3 *mansit et.*

3. *fama celebratum est* 'wurde gepriesen und gefeiert'.

illo statu 'in jener Stellung'.

Ex quo wie VII, 7, 2. — *artifices* sind hier Schauspieler, Tonkünstler und dergl. — *essent adepti* s. zu I, 8, 4 *pateret.*

2. 1. Auch hier ist die chronologische Reihenfolge nicht genau beobachtet. Der Kriegszug nach Cypern, um den Euagoras gegen die Perser zu unterstützen, fällt in das J. 388; die erste Expedition nach Ägypten 377, die zweite, in Verbindung mit Agesilaus, 361. Zurückgerufen wurde er von der ersten, nicht aber von der zweiten. Übergangen ist von N. der wichtige Seesieg des Chabrias über die lakedämonische Flotte bei Naxos 376 im thebanisch-lakedämonischen Kriege.

administravit wie IX, 1, 2. Gegensatz *sua sponte* ('auf eigene Faust') *gessit.* — *cum dux Atheniensium esset* 'als Feldherr der Athener'.

Nectenebin, der Name lautet auch *Nectanăbis* XVII, 8, 6.

2 Fecit idem Cypri, sed publice ab Atheniensibus Euagŏrae
adiutor datus, neque prius inde discessit, quam totam insulam
bello devinceret; qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt
3 adepti. Interim bellum inter Aegyptios et Persas conflatum
est. Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant, Lacedaemonii cum Aegyptiis, a quibus magnas praedas Agesilaus, rex eorum, faciebat. Id intuens Chabrias, cum in re nulla Agesilao cederet, sua sponte eos adiutum profectus Aegyptiae classi praefuit, pedestribus copiis Agesilaus.

3. Tum praefecti regis Persae legatos miserunt Athenas questum, quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienses diem certam Chabriae praestituerunt; quam ante domum nisi redisset, capitis se illum damnaturos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit neque ibi diutius
2 est moratus, quam fuit necesse. Non enim libenter erat ante
oculos suorum civium, quod et vivebat laute et indulgebat
3 sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere. Est
enim hoc commune vitium magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriae comes sit, et libenter de iis detrahant, quos eminere videant altius, neque animo aequo pauperes alienam opulentiam intueantur fortunamque. Itaque Chabrias, cum ei
4 licebat, plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat Athe-
nis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem, quod tantum se ab invidia putabant futuros, quantum a conspectu suorum recesserant. Itaque Conon plurimum Cypri vixit,

2. *idem*, daß er jemandes Herrschaft befestigte. — *Cypri* s. zu *Chersonesum* I, 1, 1. — *publice* wie II, 8, 5.

devinceret, beachte die Präpos., s. zu I, 2, 2.

3. *Artaxerxes*, ders. wie XI, 2, 4. *magnas praedas faciebat* hier im bildlichen Sinne 'großen Gewinn zog', näml. für die Dienste, die er den Ägyptern leistete. Vgl. XVII, 8, 6.

cederet 'nachstehen wollte', also auch gleiche Belohnung erhalten wollte.

profectus löse auf wie *abreptos* I, 4, 2. — *pedestribus copiis*, Fußvolk?

3. 1. *regis Persae* s. zu II, 8, 2. — *cum* 'auf Seiten der —'.

diem, warum hier Femininum? — *quam ante*, wir: 'bis zu diesem', wegen Stellung der Präposition vgl. *hanc iuxta* IV, 4, 3. Wegen der Anknüpfung s. zu *cuius generis* I, 1, 2.

Hoc nuntio wie *hoc oraculi responso* I, 1, 4. — *neque* wie in *neque minor* II, 6, 1.

2. *indulgebat sibi liberalius*, d. i. 'erlaubte sich zu üppigen Genuß'. — *posset* 'hätte können'.

3. *liberisque*, wir: 'großen Freistaaten'.

quos videant s. zu I, 8, 4 *pateret*. *cum* 'wann, so oft' bei einer wiederholten Handlung. In diesem Falle verbindet N. außer hier nur noch XV, 3, 6 *(eam summam cum fecerat)* mit *cum* den Indik., sonst immer den Konj. Bei Cicero, Cäsar und Sallust ist der Indik. die Regel, der Konj. die Ausnahme.

4. *principes* wie II, 8, 3.

tantum 'soweit'; *ab invidia futuros*, d. i. afuturos, vgl. I, 4, 2 *est ab oppido*. — *quantum recesserant* s. zu *quas secum transportarat* I, 3, 4. — *suorum* 'ihrer Mitbürger'.

Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares Sigēi; dissimilis quidem Chares horum et factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.

4. Chabrias autem periit bello sociali tali modo. Op- 357
pugnabant Athenienses Chium. Erat in classe Chabrias privatus, sed omnes qui in magistratu erant, auctoritate anteibat, eumque magis milites quam, qui praeerant, suspiciebant.
Quae res ei maturavit mortem. Nam dum primus studet 2
portum intrare gubernatoremque iubet eo dirigere navem, ipse sibi perniciei fuit. Cum enim eo penetrasset, ceterae non sunt secutae. Quo facto circumfusus hostium concursu cum
fortissime pugnaret, navis rostro percussa coepit sidere. Hinc 3
refugere cum posset, si se in mare deiecisset, quod suberat classis Atheniensium, quae exciperet natantis, perire maluit quam armis abiectis navem relinquere, in qua fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt. At ille praestare honestam mortem existimans turpi vitae, comminus pugnans telis hostium interfectus est.

XIII.

1. Timothĕus, Conōnis filius, Atheniensis. Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus neque minus civitatis

Chares, mehr von diesem s. XIII, 3. — *horum* verbinde mit *dissimilis*. — *moribus* wie X, 1, 3.

4. 1. *bello sociali* s. zu XI, 3, 3. *privatus* hier 'ohne eine Befehlshaberstelle', vgl. I, 8, 2. Was heißt nun hier *magistratus*?

quam (eos) *qui praeerant* s. zu *conveniunt, cuius* X, 8, 4. Der Relativsatz läßt sich durch ein Substantiv wiedergeben, wie VI, 3, 2 *qui aderant*.

2. *Quo facto* usw. Mit welchem Worte ist im D. zu beginnen? s. zu I, 1, 4.

rostro 'v. einem Schiffsschnabel'.

3. *cum* wie in *cum tantis rebus praefuisset* III, 3, 2.

suberat, d. i. in propinquo erat. — *quae exciperet*, der Konj. drückt die Bestimmung aus: 'um aufzunehmen'.

---

1. 1. *virtutibus* wie II, 1, 1.

acceptam gloriam auxit: Cic. (*de offic.* 1, 116): *Quidam — ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam —, quod idem fecit Timotheus, Cononis filius, qui cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem doctrinae et ingenii gloriam adiecit.*

disertus: seine Redegabe bildete der berühmte Redner Isokrates aus (*Cic. de orat.* 3, 139).

Die Reihenfolge der Begebenheiten war diese: im J. 375 die im 2. Kap. erzählten Erfolge zur See während des thebanisch-lakedämonischen Krieges; um 366 der Zug zur Unterstützung des pers. Satrapen Ariobarzanes, woran sich die Eroberung von Samos knüpfte; 364 der Krieg gegen Olynth, die Befreiung von Kyzikos und wahr-

2 regendae. Multa huius sunt praeclare facta, sed haec maxime illustria. Olynthios et Byzantios bello subegit. Samum cepit: in quo oppugnando superiori bello Athenienses mille et CC talenta consumpserant, id ille sine ulla publica impensa populo restituit. Adversus Cotum bella gessit ab eoque mille et CC talenta praedae in publicum rettulit. Cyzĭcum obsidione
3 liberavit. Ariobarzāni simul cum Agesilao auxilio profectus est; a quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset, ille civis suos agro atque urbibus augeri maluit quam id sumere, cuius partem domum suam ferre posset. Itaque accepit Crithōten et Sestum.

2. Idem classi praefectus, circumvehens Peloponnesum Laconĭcen populatus, classem eorum fugavit, Corcȳram sub imperium Atheniensium redegit, sociosque idem adiunxit Epirōtas, Athamānas, Chaŏnas omnesque eas gentes, quae mare
2 illud adiacent. Quo facto Lacedaemonii de diutina contentione destiterunt et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt pacemque iis legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent. Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum primum arae Paci publice sint factae
3 eique deae pulvinar sit institutum. Cuius laudis ut memoria

scheinlich auch der Zug gegen Byzanz u. den thrakischen König Kotys.

praeclare facta, die substantivisch gebrauchten Partizipien *factum,* dictum, inventum u. a. lassen sowohl die Verbindung mit Adverbien als mit Adjektiven zu.

in quo oppugnando — *id,* die neutralen Pronomina bezeichnen Samos im allgemeinen. — *superiori,* über die Form s. zu *maiori periculo* X, 2, 4. Im J. 440 hatte Perikles die Insel bekriegt und erobert.

talenta s. zu I, 7, 6.

publica 'aus der Staatskasse'.

Cotum s. zu XI, 3, 4. — *in publicum,* d. i. in die Staatskasse.

3. *Ariobarzanes,* Satrap von Phrygien, hatte sich gegen Artaxerxes empört.

Laco, d. i Agesilaus. — *civis suos* wie I, 1, 1. — *agro* 'Landgebiet'. — *augeri* 'einen Zuwachs erhalten'. — *posset* s. zu I, 8, 4 *pateret.* Betone *suam.*

2. 1. *classi praefectus,* VI, 4, 1 *classis praef.* Als ursprüngliches Partizip kann *praefectus* auch mit dem Dativ verbunden werden. — *circumvehens,* im D. ein Substantiv mit einer Präpos., *populatus* löse durch 'nachdem' auf. *circumvehens* ist part. praes. des gleichsam zum Deponens gewordenen *circumvehi.*

Aus *Laconicen* ergiebt sich, wer mit *eorum* gemeint ist. Vgl. *iis* II, 8, 2 und *eorum* VII, 11, 3.

idem, wie zu übersetzen? s. zu III, 2, 1. — *Athamanas, Chaonas* s. zu *Thracas* VII, 11, 4.

mare illud adiacent, welcher Kasus könnte statt des Akkus. stehen?

2. *imperii maritimi principatum.* Den Vorrang zur See hatten die Athener durch den unglücklichen Ausgang des peloponn. Krieges verloren, waren aber seitdem unablässig bemüht gewesen, ihn wieder zu gewinnen.

principatum s. zu II, 6, 3. — *legibus* 'Bedingungen'.

mari s. zu IX, 1, 1.

Atticis wie VIII, 3, 1. — *pulvinar* 'ein Polster', worauf die Bildnisse der Götter und die ihnen dargebrachten Opfergaben bei feierlichen Gelegenheiten gesetzt wurden.

3. *laudis* 'Verdienst'.

maneret, Timotheo publice statuam in foro posuerunt. Qui honos huic uni ante id tempus contigit, ut, cum patri populus statuam posuisset, filio quoque daret. Sic iuxta posita recens filii veterem patris renovavit memoriam.

3. Hic cum esset magno natu et magistratus gerere desisset, bello Athenienses undique premi sunt coepti. Defecerat Samus, descierat Hellespontus, Philippus, iam tum valens, multa moliebatur; cui oppositus Chares cum esset, non satis in eo praesidii putabatur. Fit Menestheus praetor, filius Iphi- 2
cratis, gener Timothei, et ut ad bellum proficiscatur, decernitur. Huic in consilium dantur viri duo usu sapientiaque praestantes, pater et socer, quod in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset per eos amissa posse recuperari. Hi 3
cum Samum profecti essent, et eodem Chares, illorum adventu cognito, cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur: accidit, cum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oreretur; quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati suam classem suppresserunt. At ille 4
temeraria usus ratione non cessit maiorum natu auctoritati, velut in sua manu esset fortuna. Quo contenderat pervenit, eodemque ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem nuntium misit. Hinc, male re gesta, compluribus amissis navibus,

in foro, auf dem Kerameikos, nahe bei der Halle des *ἄρχων βασιλεύς*.

huic uni ante id tempus, die Vertauschung des negativen Ausdrucks nulli alii mit dem positiven *huic uni,* die sonst so oft am Platze ist, hat die Ausdrucksweise unlogisch gemacht; vgl. Flor. I, 40, 22 *omnium ante se primus transiit Euphratem.*

iuxta posita recens filii, näml. statua.

3. 1. Das in diesem Kap. Erzählte begab sich im Bundesgenossenkriege 355. Samos aber war nicht selbst abgefallen, sondern wurde von den abgefallenen Bundesgenossen belagert.

magno natu wie IV, 5, 3.

Hellespontus wie VII, 5, 6; vorzugsweise ist an Byzanz zu denken.

moliebatur, hier in feindlichem Sinne, 'führte im Schilde'.

cui im D. knüpfe mit 'und' an; ebenso § 3 bei *quam,* s. zu *cuius generis* I, 1, 2. — *non satis praesidii putabatur in eo* 'man glaubte keinen hinreichenden Schutz an ihm zu haben'.

2. *Fit* was für ein Präsens? s. zu I, 2, 4. — Über *praetor* s. zu I, 4, 4. — *in consilium* übersetze nach *in coloniam* V, 2, 2. — *usu,* wie XVIII, 3, 3 *usus belli,* 'Erfahrung'.

in his erat nach I, 8, 4 *in Miltiade erat* zu übersetzen.

3. *adventu* wie II, 2, 6. — *absente se,* soviel wie sine ipsius opera.

arbitrati löse als Kausalsatz auf. — *classem supprimere* 'die Fl. in ihrem Laufe anhalten' oder 'mit ihr beilegen'. Betone *suam*; Gegensatz?

4. *temeraria uti ratione* 'tollkühn zu Werke gehen'; über *uti* s. zu I, 8, 3. — *auctoritati* wie I, 5, 2.

quo contenderat s. zu XIV, 4, 4. — Konstr. *et nuntium misit ad Tim. et Iph., ut eodem sequerentur,* vgl. XX, 2, 2 *tutoque.*

Hinc 'hierauf'.

male re gesta s. zu I, 3, 3.

amissis navibus ist den ersten abl. abs. subordiniert; wir verbinden

eo, unde erat profectus, se recipit litterasque Athenas publice misit, sibi proclive fuisse Samum capere, nisi a Timotheo et
5 Iphicrate desertus esset. Populus acer, suspicax ob eamque rem nobilibus adversarius, invidus etiam potentiae eorum, qui in crimen vocabantur, domum revocat: accusantur proditionis. Hoc iudicio damnatur Timotheus, lisque eius aestimatur centum talentis. Ille odio ingratae civitatis Chalcidem
354 se contulit.

4. Huius post mortem cum populum iudicii sui paeniteret, multae novem partis detraxit et decem talenta Cononem, filium eius, ad muri quandam partem reficiendam iussit dare. In quo fortunae varietas est animadversa. Nam quos avus Conon muros ex hostium praeda patriae restituerat, eosdem nepos cum summa ignominia ex sua re familiari reficere
2 coactus est. Timothei autem moderatae sapientisque vitae cum pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti, quod ex eo facile conici poterit, quam carus suis fuerit. Cum Athenis adulescentulus causam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum convenerunt, sed etiam in iis Iason, tyrannus Thessaliae, qui illo tempore fuit
3 omnium potentissimus. Hic cum in patria sine satellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo praesidio venit tantique hospitem fecit, ut mallet ipse capitis periculum adire quam Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea populi iussu bellum gessit; patriae sanctiora iura quam hospitii esse duxit.

die beiden durch 'und', vgl. XVI, 3, 4 *quibus rebus confectis.*

recipit — misit, Wechsel der Tempora wie X, 8, 3. XIV, 4, 5.

litteras publice misit 'erstattete amtlich Bericht'.

desertus esset, mit dem Nebenbegriff des Pflichtwidrigen.

5. *ob eamque rem* s. zu II, 8, 1. — *acer* hier 'leidenschaftlich'.

lis aestimatur wie I, 7, 6. Ebenda s. über *talentum.*

ingratae civitatis, gen. objectivus.

4. 1. *Huius post mortem,* er starb noch im Jahre 354. — *partis,* Akkus. wie *Sardis* I, 4, 1.

In quo s. zu II, 2, 3.

quos muros übersetze nach der Anm. zu *qui locus* IV, 3, 3. — *avus* steht mit Nachdruck voran; warum? — *Conon — restituerat* s. IX, 4, 5. — *cum summa ignominia* s. zu I, 7, 4 *magna cum offensione.*

2. *cum* hier und in § 3 wie III, 3, 2 *cum tantis rebus praefuisset.* — *pleraque* hier 'sehr viele', nicht 'die meisten'.

adulescentulus 'als ein junger Mann'. Denn die Benennung *adulescens* umfaßt die ganze Zeit der körperlichen und geistigen Entwickelung vom 17. Jahre an bis gegen das 40. Jahr. Das Deminutivum steht hier, wie öfter, ohne besonderen Nachdruck.

privati hospites 'Gastfreunde aus dem Privatstande'.

3. *de fama* 'um seine Ehre', die durch die Anklage gefährdet war. — *deesse,* Gegenteil von *adesse alicui* X, 1, 3.

Hunc adversus, Stellung wie IX, 2, 2.

Haec extrema fuit aetas imperatorum Atheniensium, Iphi- 4
cratis, Chabriae, Timothei; neque post illorum obitum quis-
quam dux in illa urbe fuit dignus memoria. Venio nunc ad 5
fortissimum virum maximique consilii omnium barbarorum
exceptis duobus Carthaginiensibus, Hamilcăre et Hannibăle.
De quo hoc plura referemus, quod et obscuriora sunt eius 6
gesta pleraque, et ea, quae prospere ei cesserunt, non magni-
tudine copiarum sed consilii, quo tum omnes superabat, acci-
derunt; quorum nisi ratio explicata fuerit, res apparere non
poterunt.

XIV.

1. Datămes, patre Camisăre, natione Căre, matre Scy-
thissa natus, primum in militum numero fuit apud Artaxerxen
eorum, qui regiam tuebantur. Pater eius Camisares, quod et
manu fortis et bello strenuus et regi multis locis fidelis erat
repertus, habuit provinciam partem Ciliciae iuxta Cappado-
ciam, quam incolunt Leucosўri. Datames, militare munus 2
fungens primum, qualis esset, aperuit in bello, quod rex ad- 382
versus Cadusios gessit. Namque hic magni fuit eius opera.
Quo factum est, cum in eo bello cecidisset Camisares, paterna
ei ut traderetur provincia.

4. *Iphicratis* usw. ist Erläuterung zu *haec* 'dies, nämlich das des Iph.' — Das substantiv. Pron. *quisquam* wird mit andern Substantiven, welche Personen bezeichnen, verbunden, wie *nemo* s. XV, 2, 1.

5. *maximique consilii* gehört zu *virum* 'und klügsten'. Der gen. qualit. einem Adjektiv koordiniert wie der abl. qual. X, 9, 3. XI, 3, 2.

6. *hoc* abl. causae 'um deswillen'. — *gesta* statt res gestae. — *obscuriora*, d. i. minus nota.

cedit mihi aliquid 'es gelingt mir etwas, geht von statten'.

acciderunt s. zu XIV, 8, 4.

ratio hier 'Hergang'. — *explicata fuerit* s. zu *ero adeptus* II, 9, 4. — *apparere* hier 'deutlich werden'.

---

1. 1. Über *natus* mit dem Abl. s. zu II, 1, 2. — *Care*, Apposition zu *patre*. — *Scythissa* ist Eigenname.

in militum numero fuit 'gehörte zu —'. — *Artaxerxes* Mnemon. Über den Akkus. auf *en* s. zu II, 8, 7. Ebenso nachher *Datamen*.

manu fortis wie IV, 1, 2. — *bello*, abl. temporis, trotzdem, daß *bellum* ohne Attribut ist, s. zu V, 4, 1. — *strenuus* 'entschlossen' bezeichnet die geistige Thatkraft und Tüchtigkeit des Kriegers, wie *manu fortis* die körperliche. — *multis locis* 'bei vielen Gelegenheiten' s. IV, 4, 3. Die drei *et* wie I, 1, 1.

iuxta Cappadociam s. zu III, 2, 1 *pugna apud Salamina*.

2. *fungi* mit dem Akkus. gehört der älteren Latinität an. — *in bello* s. zu XXI, 2, 3.

magni fuit eius opera, dieselben Worte IX, 1, 1.

ut ist hier ähnlich gestellt wie XVIII, 8, 2; XXIII, 2, 2; 7, 5; XXV, 20, 3 vgl. zu III, 2, 2.

2. Pari se virtute postea praebuit, cum Autophrodātes iussu regis bello persequeretur eos, qui defecerant. Namque huius opera hostes, cum castra iam intrassent multis milibus regiorum interfectis, profligati sunt, exercitusque reliquus con-
2 servatus regis est. Qua ex re maioribus rebus praeesse coepit. Erat eo tempore Thuys, dynastes Paphlagoniae, antiquo genere, ortus a Pylaemĕne illo, quem Homerus Troico bello a Patrŏclo
3 interfectum ait. Is regi dicto audiens non erat. Quam ob causam bello eum persequi constituit eique rei praefecit Datamen, propinquum Paphlagŏnis: namque ex fratre et sorore erant nati. Quam ob causam Datames primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem cum venisset sine praesidio, quod ab amico nullas vereretur
4 insidias, paene interiit. Nam Thuys eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis. Ea, quid ageretur, resciit filiumque monuit. Ille fuga periculum evitavit bel-
5 lumque indixit Thuȳni. In quo cum ab Ariobarzāne, praefecto Lydiae et Ioniae totiusque Phrygiae, desertus esset, nihilo segnius perseveravit vivumque Thuyn cepit cum uxore et liberis.

3. Cuius facti ne prius fama ad regem quam ipse perveniret, dedit operam. Itaque omnibus insciis eo, ubi erat rex, venit posteroque die Thuyn, hominem maximi corporis terribilique facie, quod et niger et capillo longo barbaque erat promissa, optima veste texit, quam satrapae regii gerere

---

2. 1. *pari virtute,* was für ein Ablativ? — *huius opera* wie VI, 1, 3.

Qua ex re 'infolge davon', wie VII, 7, 5.

2. *dynastes* (δυνάστης), eigentl. 'Machthaber', hier ein vom Perserkönig abhängiger 'Fürst'. Unten 3, 4 heißt er *rex.* — *a* bei *ortus* bezeichnet die entferntere Abstammung.

quem — ait übersetze nach VI, 3, 5 *quam non dubitabat.* — *a Patroclo,* nach Homer wurde Pylämenes von Menelaus getötet.

3. *regi dicto audiens* wie VI, 1, 2.

ex fratre et sorore, also Geschwisterkinder, und zwar war Thuys des Bruders, Datames der Schwester Sohn, vgl. § 1. Über *ex* s. zu II, 1, 2.

quod — vereretur, Gedanke des Datames. Übers. 'weil er zu fürchten hätte'.

paene interiit 'wäre beinahe umgekommen'. Was beinahe geschehen wäre, erzählt der Lateiner im ind. perf. mit *paene* oder prope.

4. *quid ageretur* übersetze nach *id agi* II, 5, 1. — *monuit* nicht 'erinnerte'. Vgl. IV, 5, 1 *admoneri.*

5. *cum* wie in *cum praefuisset* III, 3, 2. — *desertus esset* wie XIII, 3, 4.

nihilo segnius, eigentlich? Im D. besser affirmativ 'ebenso eifrig'.

Thuyn, griech. Akkus.; Kap. 3 stehen die lateinischen Formen *Thuynem* und *Thuym.*

3. 1. *omnibus insciis* 'ohne daß jemand darum wußte', vgl. I, 3, 6 *tam multis consciis.*

maximi corporis terribilique facie, beachte die Verbindung des gen. und abl. qual., hier ohne Unterschied der Bedeutung.

niger von dunkler Hautfarbe. — *barba promissa* 'lang herabhängender Bart'. Über *esse* beim abl. qual. s. zu I, 2, 3 *erat dignitate regia.* Ebenso § 5 *pari imperio esse.*

optima vestis hier 'Staatsgewand'.

consuerant; ornavit etiam torque atque armillis aureis cetero-
que regio cultu, ipse agresti duplici amiculo circumdatus hirta- 2
que tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu
clavam, sinistra copulam, vinctum ante se Thuynem agebat,
ut si feram bestiam captam duceret. Quae cum omnes con- 3
spicerent propter novitatem ornatus ignotamque formam, ob
eamque rem magnus esset concursus, fuit nonnemo, qui
agnosceret Thuym regique nuntiaret. Primo non accredidit; 4
itaque Pharnabāzum misit exploratum. A quo ut rem gestam
comperit, statim admitti iussit, magnopere delectatus cum
facto tum ornatu, in primis quod nobilis rex in potestatem
inopinanti venerat. Itaque magnifice Datamen donatum ad 5
exercitum misit, qui tum contrahebatur duce Pharnabazo et
Tithrauste ad bellum Aegyptium, parique eum atque illos
imperio esse iussit. Postea vero quam Pharnabazum rex re-
vocavit, illi summa imperii tradita est. 379

4. Hic cum maximo studio compararet exercitum Aegyp-
tumque proficisci pararet, subito a rege litterae sunt ei missae,
ut Aspim adgrederetur, qui Cataoniam tenebat; quae gens
iacet supra Ciliciam confinis Cappadociae. Namque Aspis, 2
saltuosam regionem castellisque munitam incolens, non solum
imperio regis non parebat, sed etiam finitimas regiones vexa-
bat et, quae regi portarentur, abripiebat. Datames, etsi longe 3
aberat ab his regionibus et a maiore re abstrahebatur, tamen

aureis ist auch zu *torque* zu denken.

2. *gerens* kann unübersetzt bleiben. — *duplex amiculum* bildet einen Begriff (s. zu *honoris corona* VIII, 4, 1), deshalb kann noch ein Attribut hinzutreten.

3. *conspicerent* 'die Augen hierauf richteten', wie *conspici* zuweilen 'in die Augen fallen' s. XXV, 13, 5.

nonnemo 'mancher'.

4. *non accredidit* 'wollte es nicht glauben', s. zu *addubitat* IX, 5, 4.

exploratum welche Form?

admitti Subjekt? — Betone *inopinanti*, nämlich ipsi; im D. entweder ein Adverb oder ein Substantiv mit einer Präpos.

inopinanti, sonst (s. VI, 1, 2. VII, 5, 5. XVIII, 11, 4) wird *in potestatem venire* mit dem Genitiv verbunden.

5. *duce*, das Prädikatsnomen steht gegen die Regel im Singular. — *Postea vero quam* s. zu X, 4, 3.

pari — *atque: ac (atque)* steht in der Bedeutung 'wie, als' bei den Adjektiven und Adverbien, welche eine Ähnlichkeit oder Unähnlichkeit, Gleichheit oder Ungleichheit bezeichnen. Ebenso bisweilen nach *talis* und *totidem*, s. I, 7, 4.

4. 1. *Aegyptum* über den bloßen Akkus. s. zu *Chersonesum* I, 1, 1. — *parare* m. Inf. 'sich anschicken'.

litterae sunt missae, ut, vgl. *scribentem, ut* III, 1, 3.

quae gens auf *Cataonia*, wie I, 4, 2 *eius gentis* auf *Eretria* bezogen, weil der Name der Gegend zugleich die Bewohner begreift.

2. *non parebat*, das persische Reich war damals bereits in voller Auflösung; mitten im Reiche finden sich Völkerschaften, die dem Könige nicht gehorchen. Bis auf Xerxes zahlten auch die unzugänglichsten Landschaften wenigstens Tribut. Nach der Empörung des jüngeren Kyros stellte sich das Ansehen des Königs von Susa in Kleinasien nicht wieder her. Die Satrapen empörten sich häufig. — *quae* —

regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis sed viris fortibus navem conscendit existimans, quod accidit, facilius se imprudentem parva manu oppressurum quam paratum
4 quamvis magno exercitu. Hac delatus in Ciliciam, egressus inde dies noctesque iter faciens, Taurum transiit eoque, quo studuerat, venit. Quaerit, quibus locis sit Aspis, cognoscit haud longe abesse profectumque eum venatum. Quae dum speculatur, adventus eius causa cognoscitur. Pisĭdas cum eis, quos secum
5 habebat, ad resistendum Aspis comparat. Id Datames ubi audivit, arma sumit, suos sequi iubet; ipse equo concitato ad hostem vehitur. Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, pertimescit atque a conatu resistendi deterritus sese dedidit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridāti.

5. Haec dum geruntur, Artaxerxes reminiscens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset, se ipse reprehendit et nuntium ad exercitum Acen misit, quod nondum Datamen profectum putabat, qui diceret, ne ab exercitu discederet. Hic priusquam perveniret, quo erat profectus, in
2 itinere convenit, qui Aspim ducebant. Qua celeritate cum magnam benevolentiam regis Datames consecutus esset, non minorem invidiam aulicorum excepit, quod illum unum pluris quam se omnes fieri videbant. Quo facto cuncti ad eum

portarentur, der Konjunktiv drückt die Bestimmung aus: 'sollte'. — Er fing die Sendungen ab, die auf der 'Königsstraße', die von Sardes nach Susa führte, an den König gingen.

3. *quod accidit* bestätigt im voraus den Erfolg des Planes, schiebe daher 'wirklich' ein. Vgl. *id quod usu venerat* VII, 4, 5. — *imprudentem* hier = nihil providentem 'nichts vermutend'.

quamvis magno, beim Positiv von Adjektiven heißt *quamvis* 'noch so', eigentlich: wie sehr du willst.

4. *Hac* näml. nave. — *inde egressus:* 'von dort', d. i. von Cilicien.

iter faciens: im D. ein Wort; *dies noctesque,* im D. der Singular; s. zu *imperia* I, 3, 1. — *quo studuerat,* was ist hinzuzudenken? Wir: 'an sein Ziel'. Vgl. *conficies, quod studes* IX, 3, 3.

Quaerit, beachte hier und im folgenden das Präs., s. zu I, 2, 4.

venatum welche Form? Konstr. *causa adventus eius,* vgl. II, 4, 5 *eius multitudo navium.*

5. *iubet,* wegen des Asyndeton s. zu IX, 4, 4.

ad hostem und gleich nachher *ad se* wie X, 5, 4 *ad se venturum.*

ad se ferentem 'auf sich los stürzen', s. zu *videret sedentem* IV, 4, 5. Das Part. *ferens* gehört hier zu dem intransit. *ferri* 'stürzen', wie zuweilen vehens zu vehi, vgl. XIII, 2, 1.

pertimescit wie VII, 5, 1.

pertimescit atque — dedidit, Wechsel der Tempora wie XIII, 3, 4.

5. 1. *a quanto — ad quam* usw., beachte diese Verbindung zweier Fragen zu einer, vgl. XX, 2, 2.

diceret, ne: nach den verbis declarandi steht der acc. c. inf., wenn der abhängige Satz eine Aussage enthält, daß etwas gewesen ist, ist oder sein wird. Was enthält er hier, daß *ne* steht?

convenit, qui was ist zu ergänzen? s. zu X, 4, 4 *conveniunt, cuius.* Hier bezeichnet *convenire* das zufällige Zusammentreffen.

2. *excepit* 'zog sich zu'. — *fieri* = aestimari.

Quo facto wie VI, 1, 2.

opprimendum consenserunt. Haec Pandantes, gazae custos 3
regiae, amicus Datami, perscripta ei mittit, in quibus docet
eum magno fore periculo, si quid illo imperante adversi in
Aegypto accidisset. Namque eam esse consuetudinem regiam, 4
ut casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunae suae;
quo fieri, ut facile impellantur ad eorum perniciem, quorum
ductu res male gestae nuntientur. Illum hoc maiore fore in
discrimine, quod, quibus rex maxime oboediat, eos habeat
inimicissimos. Talibus ille litteris cognitis, cum iam ad exer- 5
citum Acen venisset, quod non ignorabat ea vere scripta, de-
sciscere a rege constituit. Neque tamen quicquam fecit, quod
fide sua esset indignum. Nam Mandrŏclen Magnētem exer-
citui praefecit; ipse cum suis in Cappadociam discedit con-
iunctamque huic Paphlagoniam occupat, celans, qua voluntate
esset in regem. Clam cum Ariobarzāne facit amicitiam, ma- 6
num comparat, urbes munitas suis tuendas tradit.

6. Sed haec propter hiemale tempus minus prospere pro-
cedebant. Audit Pisidas quosdam copias adversus se parare.
Filium eo Arsidĕum cum exercitu mittit: cadit in proelio adu-
lescens. Proficiscitur eo pater non ita cum magna manu,
celans, quantum vulnus accepisset, quod prius ad hostem per-
venire cupiebat, quam de male re gesta fama ad suos per-
veniret, ne cognita filii morte animi debilitarentur militum.
Quo contenderat, pervenit iisque locis castra pónit, ut neque 2
circumiri multitudine adversariorum posset neque impediri,
quo minus ipse ad dimicandum manum haberet expeditam.
Erat cum eo Mithrobarzānes, socer eius, praefectus equitum. 3

3. *Haec perscripta mittit,* schickt dies aufgeschrieben, d. h. 'einen Bericht hierüber'. — *Datami,* Genit. wie *Neocli* II, 1, 1.

in quibus s. zu VI, 3, 5 *in qua.*

magno fore periculo s. zu X, 2, 4.

4. *eam* 'das'. Falsch aber wäre im Lat. id esse cons. — *consuetudinem regiam,* verfahre wie bei *pedestria arma* XI, 1, 3. Dann ergiebt sich auch das Subjekt zu *tribuant.* — Betone *suae.*

quo fieri, über den Infinitiv nach einem Relativ s. zu I, 3, 5.

quorum ductu gehört zu *gestae* 'über welche gemeldet werde, daß unter ihrer Führung —', vgl. zu VI, 3, 5 *quam se habiturum non dubitabat.*

hoc — quod wie XIII, 4, 6.

oboediat, hier 'sein Ohr leihe'.

5. *Talibus* s. zu II, 2, 8. — *cognitis* wie VI, 4, 3.

non ignorabat s. zu *neque ignorans* VII, 4, 1.

quod esset indignum s. zu I, 8, 4 *cui pateret.*

coniunctam huic 'daranstoßend, angrenzend'.

voluntate s. zu X, 7, 3.

6. *Ariobarzanes,* ders. wie 2, 5.

6. 1. *haec,* die zu Ende des vorigen Kap. erwähnten Rüstungen.

non ita wie *haud ita magna manu Graeciae* IV, 1, 2. Die Stellung wie XVI, 2, 3 *tam ab tenui initio.*

vulnus wie X, 6, 2.

ad hostem hier 'an den Feind'.

animi wie *civibus animum accessurum* I, 4, 5.

2. *iis,* d. i. talibus. — *expeditam* 'bereitstehend'.

Is desperatis generi rebus ad hostes transfugit. Id Datames
ut audivit, sensit, si in turbam exisset ab homine tam neces-
sario se relictum, futurum, ut ceteri consilium illius seque-
4 rentur. In vulgus edit: suo iussu Mithrobarzanem profectum
pro perfuga, quo facilius receptus interficeret hostes. Quare
relinqui eum par non esse et omnes confestim sequi. Quod
si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non possent
5 resistere, cum et intra vallum et foris caederentur. Hac re
probata exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur; qui
tantum quod ad hostes pervenerat, cum Datames signa inferri
6 iubet. Pisidae nova re commoti in opinionem adducuntur per-
fugas mala fide compositoque fecisse, ut recepti maiori essent
calamitati. Primum eos adoriuntur. Illi cum, quid ageretur
aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum iis pugnare, ad
quos transierant, ab iisque stare, quos reliquerant; quibus
7 cum neutri parcerent, celeriter sunt concisi. Reliquos Pisidas
resistentis Datames invadit; primo impetu pellit, fugientis per-
8 sequitur, multos interficit, castra hostium capit. Tali consilio
uno tempore et proditores perculit et hostis profligavit, et,
quod ad perniciem suam fuerat cogitatum, id ad salutem con-
vertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum neque
celerius factum usquam legimus.

7. Ab hoc tamen viro Sysĭnas, maximo natu filius, desciit ad regemque transiit et de defectione patris detulit.

3. *desperatis rebus* löse als aktiven Kausalsatz auf.

turba, was nachher *vulgus,* vgl. VII, 8, 2. — *exire* soviel wie *efferri* X, 8, 4. Über das Plusqpf. s. zu *id si fecissent* I, 1, 3. — *homine* s. zu *magnus homo* IV, 1, 1.

consilium, illius, 'seinem Entschlusse'.

4. *edit* 'läßt verbreiten in'. — *suo* mit Nachdruck; *pro perfuga* 'wie ein —'.

receptus (ab hostibus) löse durch 'wenn' auf; *facilius* gehört zu *interficeret.*

et omnes confestim sequi, aus *par non esse* ergänze par esse. Vgl. *seque Calliae nupturam* nach *negavit* V, 1, 4. — *et* 'sondern' s. zu XVIII, 4, 3.

strenuo wie oben 1, 1.

5. *tantum quod* — *cum* 'kaum daß — als'.

signa inferre eigentl. die Feldzeichen gegen den Feind tragen, d. i. 'den Angriff machen'.

6. *nova* hier 'unerwartet'; *commoti* wie *permoti* I, 4, 3. — *mala fide* 'treuloserweise'; *composito,* gewöhnlicher ex composito, 'auf Verabredung'.

quid ageretur wie *id agi* II, 5, 1. — *stare ab aliquo* 'auf jemandes Seite stehen', indem man von seiner Seite aus kämpft.

neutri übersetze nach *utrisque* I, 7, 3. N. scheint anzunehmen, daß Dat. seine Leute schnell von der wahren Sachlage in Kenntnis gesetzt habe.

8. *Tali* wie 5, 5.

ad perniciem suam, die Regel forderte eius.

fuerat cogitatum s. zu V, 2, 1 *fuerat versatus.*

Quo s. zu I, 5, 5 *qua pugna nihil adhuc exstitit nobilius.* — *cogitatum* 'Einfall'; *factum* 'Ausführung'.

7. 1. *Ab hoc,* d. i. a tanto.

maximo natu, gewöhnlicher maximus natu, vgl. *magno natu* IV, 5, 3.

Quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intellegebat sibi cum
viro forti ac strenuo negotium esse, qui et prius cogitare
quam conari consuesset et cum cogitasset, facere auderet,
Autophrodātem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset, 2
saltum, in quo Ciliciae portae sunt sitae, Datames praeoccu-
pare studuit. Sed tam subito copias contrahere non potuit.
A qua re depulsus cum ea manu, quam contraxerat, locum 3
deligit talem, ut neque circumiretur ab hostibus neque prae-
teriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur, et, si
dimicare eo vellet, non multum obesse multitudo hostium
suae paucitati posset.

8. Haec etsi Autophrodates videbat, tamen statim maluit
congredi quam cum tantis copiis refugere aut tam diu uno
loco sedere. Habebat barbarorum equitum XX, peditum 2
C milia, quos illi cardăcas appellant, eiusdemque generis
III milia funditorum; praeterea Cappadŏcum VIII milia, Ar-
meniorum X milia, Paphlagŏnum V milia, Phrygum X milia,
Lydorum V milia, Aspendiorum et Pisidarum circiter III mi-
lia, Cilĭcum II, Captianorum totidem, ex Graecia conductorum
III, levis armaturae maximum numerum. Has adversus copias 3
spes omnis consistebat Datami in se locique natura: namque
huius partem non habebat vicesimam militum. Quibus fretus
conflixit adversariorumque multa milia concidit, cum de ipsius
exercitu non amplius hominum mille cecidisset; quam ob cau-
sam postero die tropaeum posuit, quo loco pridie pugnatum
erat. Hinc cum castra movisset semperque inferior copiis 4

commotus s. zu IV, 3, 5. Ordne *mittit, quod intellegebat* — *sibi negotium esse* 'er habe es zu thun'.

3. *depulsus*, d. i. prohibitus.

circumiretur — *praeteriret* 'umgangen werden — vorbei marschieren konnte'. Daß die Unmöglichkeit der Grund des Unterlassens war, wird als selbstverständlich nicht angegeben. Anders 6, 2.

quin 'ohne daß, ohne zu'. — *ancipitibus locis* 'durch das gefährliche Terrain'.

et — *posset* bildet das 2. Glied des mit *ut* eingeleiteten Folgesatzes, das erste ist durch *neque* — *neque* zweiteilig. — *dimicare vellet*, Subj. Datames; *eo* näml. loco.

8. 1. *sedere* hier mit dem Nebenbegriff der Unthätigkeit: 'liegen bleiben'.

2. *barbarorum*, d. i. 'an Persern', s. zu I, 2, 1. Mit *praeterea* folgen die nichtpersischen Truppen. — *illi*, Persae, vgl. VIII, 3, 2; *cardacas* s. zu *Thracas* VII, 11, 4. Die Kardaker waren Soldtruppen.

eiusdem generis, näml. *cardacum*.

ex Graecia (s. zu II, 5, 1 *reditu in Asiam*) *conductorum*, die Bedeutung ergiebt sich aus *conducticius* XI, 2, 4.

3. *in se* wie *de se* IV, 4, 1.

Konstr. *vicesimam partem militum huius*, näml. Autophrodatis.

Quibus, näml. *se locique natura*.

non amplius hominum mille, über die Weglassung von quam s. zu II, 5, 2; über *mille* mit dem Genit. s. zu I, 5, 1.

quo loco st. eo loco, quo s. zu IV, 3, 3.

4. *castra movere*, von dem bisherigen Lagerplatze 'aufbrechen'. — *inferior* hier 'schwächer'; im D. erweitere das Adjektiv zu einem

superior omnibus proeliis discederet, quod nunquam manum consereret, nisi cum adversarios locorum angustiis clausisset (quod perito regionum callideque cogitanti saepe accidebat)
5 Autophrodates, cum bellum duci maiore regis calamitate quam adversariorum videret, pacem amicitiamque hortatus est, u
6 cum rege in gratiam rediret. Quam ille etsi fidam non fore putabat, tamen condicionem accepit seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamen susceperat, sedatum est. Autophrodates in Phrygiam se recepit.

9. At rex, quod implacabile odium in Datamen susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, in-
2 sidiis interficere studuit; quas ille plerasque evitavit. Sicut, cum ei nuntiatum esset quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero (de quibus quod inimici detulerant, neque credendum neque neglegendum putavit), experiri voluit, verum
3 falsumne sibi esset relatum. Itaque eo profectus est, in quo itinere futuras insidias dixerant. Sed elegit corpore ac statura simillimum sui eique vestitum suum dedit atque eo loco ire, quo ipse consuerat, iussit. Ipse autem ornatu vestituque
4 militari inter corporis custodes iter facere coepit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu, impetum in eum faciunt, qui suppositus erat. Praedixerat autem iis Datames, cum quibus iter faciebat, ut

Konzessivsatze. — *superiorem discedere* 'Sieger bleiben', eigentlich?

quod — consereret, Gedanke des Datames 'weil er (seinem Plane gemäß) nie handgemein wurde'; ähnlich wie 2, 3 *quod vereretur.*

cum clausisset s. zu XII, 3, 3.

locorum bei *angustiis* kann unübersetzt bleiben.

accidebat hier gegen den gewöhnlichen Gebrauch, nach welchem accidentia unerwartete, überraschende Ereignisse, Werke des Zufalls sind, 'gelang'.

5. *duci* wie II, 7, 1.

pacem amicitiamque hortatus est 'riet an'; seltene Konstruktion, da *hortari* eigentlich nur das Neutrum eines Pronomens als Sachobjekt im Akkus. bei sich haben kann. Autophr. beantragte nicht einen förmlichen Frieden, sondern nur einen Waffenstillstand, während sich Dat. mit dem Könige en sollte.

iam redire wie VII, 5, 1.

, näml. gratiam.

9. 1. *quas* s. zu 6, 5 *qui.* — *plerasque,* im D. ein Adverbium, s. zu VII, 3, 3 *ne qua repentina vis exsisteret.*

2. *Sicut* 'zum Beispiel'.

sibi insidiari wie *de se* IV, 4, 1.

inimici näml. illorum, welche vielleicht nur verleumdeten.

experiri steht mit Nachdruck dem *neque credendum neque neglegendum* gegenüber. — *verum falsumne* wie *patrem matremne* XI, 3, 4.

3. *eo — in quo itinere* 'dahin, auf welchem Wege', soviel wie 'schlug er den Weg ein, auf welchem —'.

simillimum sui, verfahre wie mit *neque magno neque bono* II, 6, 1. — *eo loco,* näml. agminis.

ornatu 'Rüstung'; *militari* 'eines (gemeinen) Soldaten', vgl. *pedestria arma* XI, 1, 3.

4. *in eum locum,* wo die *insidiatores* versteckt waren, 'in ihre Nähe'. — *ordine,* durch die Reihenfolge des Zuges.

Praedixerat wie II, 7, 3. — *cum quibus* s. zu I, 1, 2. — *quod ipsum vidissent,* näml. facientem.

parati essent facere, quod ipsum vidissent. Ipse, ut concur- 5
rentis insidiatores animum advertit, tela in eos coniecit. Hoc idem cum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi conciderunt.

10. Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis, Ariobarzanis filii, dolo. Namque is pollicitus est regi se eum interfecturum, si rex permitteret, ut, quodcumque vellet, liceret impune facere, fidemque de ea re more
Persarum dextra dedisset. Hanc ut accepit a rege missam, 2
copias parat et absens amicitiam cum Datame facit; regis provincias vexat, castella expugnat, magnas praedas capit, quarum partim suis dispertit partim ad Datamen mittit; pari modo
complura castella ei tradit. Haec diu faciendo persuasit ho- 3
mini se infinitum adversus regem suscepisse bellum, cum nihilo magis, ne quam suspicionem illi praeberet insidiarum, neque colloquium eius petivit neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis sed communi odio, quod erga regem susceperant, contineri viderentur.

11. Id cum satis se confirmasse arbitratus est, certiorem facit Datamen tempus esse maiores exercitus parari et bellum cum ipso rege suscipi, deque ea re, si ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret. Probata re colloquendi tem-
pus sumitur locusque, quo conveniretur. Huc Mithridates 2
cum uno, cui maxime habebat fidem, ante aliquot dies venit

5. *concurrentis* 'zum Angriff herbeieilend'; *animum advertit* = animadvertit.

10. 1. *extremo tempore* 'zuletzt'. — *dolo capere,* im D. ein Verbum. *fidem* 'die Zusicherung'.

2. *dextram mittere,* griech. δεξιὰν πέμπειν, war eine nicht ungewöhnliche Förmlichkeit. Es konnte entweder durch Vermittelung einer dritten Person oder durch schriftliche Versicherung geschehen. Man denke z. B. an den sterbenden Darius Codomannus.

absens, d. h. ohne persönlich mit ihm zusammenzukommen. — *partim* (alter Akkus.) kann mit einem gen. partitivus verbunden werden. Im D. vertausche das Adv. mit dem Subst.

3. *faciendo* übers. wie X, 1, 4 *diligenter obeundo.* Warum folgt auf *persuasit* der acc. c. inf.? — *homini* s. zu VI, 1, 1. — *infinitum* 'ohne Ende', d. i. 'unversöhnlich'.

cum — petivit 'während'. — *nihilo magis* 'um nichts mehr', d. i. 'trotzdem nicht'; vgl. XVI, 1, 3.

erga regem s. zu *crudelitas erga nobiles* VII, 4, 4. — *contineri* wie VI, 1, 5.

11. 1. *Id,* daß ihn gleicher Haß gegen den König an Dat. knüpfe.

tempus esse s. zu XVII, 3, 4. — *parari* u. *suscipi,* im D. aktive Infinitive, vgl. IV, 4, 4. — *cum ipso rege,* nicht mehr bloß gegen die Satrapen der von der Residenz entfernteren Provinzen, 'persönlich'.

deque ea re s. zu VI, 4, 1 *deque his rebus.*

si ei videretur wie IV, 2, 3. — *veniret* s. zu II, 6, 5 *opus facerent.*

sumere hier nicht 'nehmen'; *quo* adverb.; s. zu XVIII, 7, 2. — *conveniretur,* s. zu *qui consulerent* I, 1, 2 und vgl. *reditum erat* VIII, 3, 3.

2. *ante aliquot dies,* das Gewöhnlichere wäre aliquot diebus ante oder aliquot ante diebus.

compluribusque locis separatim gladios obruit eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquii die utrique, locum qui explorarent atque ipsos scrutarentur, mittunt; deinde ipsi sunt
3 congressi. Hic cum aliquamdiu in colloquio fuissent et diversi discessissent, iamque procul Datames abesset, Mithridates, priusquam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pararet, in eundem locum revertitur atque ibi, ubi telum erat infossum, resedit, ut si lassitudine cuperet acquiescere, Datamenque revocavit, simulans se quiddam in colloquio esse oblitum.
4 Interim telum, quod latebat, protulit nudatumque vagina veste texit ac Datami venienti ait: digredientem se animadvertisse locum quendam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse
5 idoneum. Quem cum digito demonstraret et ille respiceret, aversum ferro transfixit priusque, quam quisquam posset suc-
361 currere, interfecit. Ita ille vir, qui multos consilio, neminem perfidia ceperat, simulata captus est amicitia.

XV.

1. Epaminondas, Polymnidis filius, Thebanus. De hoc priusquam scribimus, haec praecipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant neve ea, quae ipsis leviora
2 sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus abesse a principis persona, saltare vero etiam in vitiis poni; quae omnia apud Graecos et grata

utrique s. zu XX, 2, 2. — Bei *mittunt* füge im D. hinzu 'einige' von ihren Leuten; s. zu *neque fecisse, quod* II, 7, 4.

locum, ob nirgends ein Hinterhalt verborgen, *ipsos*, ob sie selbst ohne Waffen seien.

3. *suspicionem*, als ob er sich bei den Seinigen Waffen geholt hätte.

4. *qui erat in conspectu* aufzufassen wie *quas secum transportarat* I, 3, 4.

5. *captus est* übersetze wie oben 10, 1 *dolo captus est*.

---

1. 1. *haec praecipienda videntur*, ausführlich wird dieser Punkt in der praefatio besprochen.

ad suos referant, eigentl. an die eigenen wie an einen Maßstab halten, d. i. 'nach den eigenen beurteilen'.

leviora wie *leve* praef. 1. — *sunt* u. nachher *fuisse* wie *esse* praef. 3.

2. *enim* kann 'z. B.' übersetzt werden, wenn zur Begründung Beispiele angeführt werden.

abesse 'fernbleibt', als unziemlich. — *principis* wie II, 8, 3. Über *persona* s. zu praef. 1.

vero hat zuweilen steigernde Kraft 'vollends'; *etiam* 'sogar'; *poni* wie VII, 3, 5 *neque ei par quisquam poneretur*.

in vitiis poni, Cic. pro Mur. 13: *nemo fere saltat sobrius, nisi forte insanit*.

et laude digna ducuntur. Cum autem exprimere imaginem 3
consuetudinis atque vitae velimus Epaminondae, nihil videmur
debere praetermittere, quod pertineat ad eam declarandam.
Quare dicemus primum de genere eius; deinde, quibus disci- 4
plinis et a quibus sit eruditus; tum de moribus ingeniique
facultatibus, et si qua alia memoria digna erunt; postremo de
rebus gestis, quae a plurimis animi anteponuntur virtutibus.

2. Natus est igitur patre, quo diximus, genere honesto,
pauper iam a maioribus relictus, eruditus autem sic, ut nemo
Thebanus magis: nam et citharizare et cantare ad chorda-
rum sonum doctus est a Dionysio, qui non minore fuit in
musicis gloria quam Damon aut Lamprus, quorum pervul-
gata sunt nomina; cantare tibiis ab Olympiodōro, saltare
a Calliphrŏne. At philosophiae praeceptorem habuit Lysim 2
Tarentinum, Pythagorēum; cui quidem sic fuit deditus, ut
adulescens tristem ac severum senem omnibus aequalibus suis
in familiaritate anteposuerit; neque prius eum a se dimisit,
quam in doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut facile in-
tellegi posset pari modo superaturum omnes in ceteris artibus.
Atque haec ad nostram consuetudinem sunt levia et potius 3
contemnenda; at in Graecia, utique olim, magnae laudi erant.

ducuntur wie III, 1, 3 *cur tanta poena dignus duceretur.*

3. *exprimere*, 'ein genaues Bild entwerfen', gleichs. 'ausprägen'.

consuetudo hier 'die gewohnte Lebensweise': *vita*, das Leben hinsichtlich der darin entwickelten Thätigkeit, 'Wirksamkeit'.

videmur debere 'ich glaube zu dürfen', oder 'darf nach meiner Ansicht'. Vgl. § 1 *praecipienda videntur.* — *quod pertineat* s. zu I, 8, 4 *pateret.* — *declarare* 'klar darlegen'.

4. *disciplinae* 'Lehrgegenstände'. — *moribus* wie X, 1, 3.

si qua alia 'was etwa sonst'; eigentlich?

animi virtutibus wie XVII, 8, 1. Es ist nicht eius zu ergänzen.

2. 1. *natus patre* s. zu II, 1, 2. — *quo diximus* (eum natum esse) 'dem genannten'. — *honesto* 'achtbar'.

pauper iam a maioribus gehört zusammen 'arm schon von seinen Voreltern her', so daß Armut von jeher in seiner Familie forterbte; *relictus* näml. a patre.

ut ('daß') *nemo Thebanus magis*, was ist zu ergänzen? (vgl. Cic. fam. 1, 9, 20 *cum Pompeius ita contendisset, ut nihil unquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam* und den häufig vorkommenden Ausdruck *ut nihil supra* [posset]. Terent. Andr. 1, 1, 120 *voltu adeo modesto, adeo venusto, ut nil supra*; cf. Cic. fam. 14, 1, 4. ad Att. 15, 1ᵇ, 2; 13, 19. N. XXV, 4, 1 vollständig *sic ut supra nihil posset addi*). — *nemo Thebanus*, nicht nullus, sondern das Substantiv *nemo* wird regelmäßig mit anderen Substantiven, welche eine Person bezeichnen, verbunden.

2. *Pythagoreum* 'einen Anhänger des Pythagoras', eines griechischen Philosophen, der im 6. Jahrh. vor Chr. lebte.

cui quidem s. zu III, 1, 3. — *tristem* 'düster'. — *anteposuerit* s. zu I, 5, 5 flg. *profligarint.* — *in doctrinis* hier 'in den philosophischen Wissenschaften'.

3. *atque* 'nun zwar'.

ad hier 'im Vergleich zu, nach'. — *contemnenda* s. zu IX, 5, 2 *probanda.*

4 Postquam ephēbus est factus et palaestrae operam dare coepit,
non tam magnitudini virium servivit quam velocitati. Illam
enim ad athletarum usum, hanc ad belli existimabat pertinere.
5 Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum
finem, quoad stans complecti posset atque contendere. In
armis vero plurimum studii consumebat.

3. Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona
accesserant. Erat enim modestus, prudens, gravis, temporibus
sapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo,
2 adeo veritatis diligens, ut ne ioco quidem mentiretur. Idem
continens, clemens patiensque admirandum in modum, non
solum populi sed etiam amicorum ferens iniurias; in primis
commissa celans, quodque interdum non minus prodest quam
diserte dicere, studiosus audiendi: ex hoc enim facillime disci
3 arbitrabatur. Itaque cum in circulum venisset, in quo aut de
re publica disputaretur aut de philosophia sermo haberetur,
nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset ad-
4 ductus. Paupertatem adeo facile perpessus est, ut de re pu-
blica nihil praeter gloriam ceperit, amicorum in se tuendo
caruerit facultatibus: fide ad alios sublevandos saepe sic usus
est, ut iudicari possit omnia ei cum amicis fuisse communia.

4. *ephebus*, ἔφηβος, hieß der Jüngling etwa vom 18. bis zum 20. Jahre.

servivit wie II, 1, 3 *diligentius amicis famaeque serviens.*

ad belli ergänze *usum.*

5. *exercebatur* übersetze nach *eruditus est* II, 10, 1.

ad eum finem quoad 'nur so weit, daß' gehört nur zu *luctando.* — *stans,* der Ringkampf pflegte nämlich auch dann noch fortgesetzt zu werden, wenn die Ringer zu Boden gefallen waren, also im Liegen. Dann aber entschied weniger die Behendigkeit als die Körperstärke.

in armis 'auf Waffenübungen'.

Welche Punkte der obigen Inhaltsangabe sind im 2. Kapitel besprochen?

3. 1. *etiam* beim Komparativ? s. zu II, 4, 5.

gravis, die Bedeutung entnimm aus *gravitas* IV, 4, 3.

temporibus wie VII, 1, 3. — *utens,* das particip. praes. mit *sum* bezeichnet die Dauer eines Zustandes oder einer Eigenschaft, was man zuweilen durch 'pflegen' oder ein Adverb wie 'stets, immer' ausdrücken kann. — *fortis manu* wie IV, 1, 2. — *animo* wie I, 4, 5 *civibus animum accessurum.* Der abl. qual. bezeichnet hier also nicht, wie sonst, eine vorübergehende Gemütsstimmung, sondern eine bleibende Wesenseigenschaft.

2. *Idem* s. zu III, 2, 1. — *continens,* an sich haltend, indem er seine Leidenschaften beherrschte, 'Herr über sich'; *patiens* 'geduldig'.

3. *cum* wie VII, 1, 3 *cum tempus posceret.* Ebenso § 5.

disputaretur — haberetur s. zu I, 8, 4 *cui pateret.*

4. *ceperit,* nämlich für seine Dienste. Über die Tempusfolge s. zu *profligarint* I, 5, 5.

in se tuendo, bei seiner eigenen Erhaltung, d. i. 'bei der Sorge für sich selbst'. — *carere* bezeichnet hier das freiwillige Entbehren, 'keinen Gebrauch von etwas machen'. — *facultatibus* 'die Mittel'=Vermögen.

Betone *fide,* nämlich *amicorum* 'ihr Vertrauen', das sie auf ihn setzten. — *possit* nach *usus est,* wie XXIV, 3, 2.

Nam cum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset captus 5
aut virgo nubilis propter paupertatem collocari non posset, amicorum consilium habebat et, quantum quisque daret, pro facultatibus imperabat. Eamque summam cum fecerat, prius- 6
quam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent faciebat, ut ille, ad quem ea perveniebat, sciret, quantum cuique deberet.

4. Tentata autem eius est abstinentia a Diomedonte Cyziceno. Namque is rogatu Artaxerxis regis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit et Micythum adulescentulum, quem tum Epaminondas plurimum diligebat, quinque talentis ad suam perduxit voluntatem. Micythus Epaminondam convenit et
causam adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonti 2
coram 'Nihil', inquit, 'opus est pecunia. Nam si rex ea vult, quae Thebanis sunt utilia, gratiis facere sum paratus; sin autem contraria, non habet auri atque argenti satis. Namque
orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriae caritate. Tu 3
quod me incognitum tentasti tuique similem existimasti, non miror tibique ignosco; sed egredere propere, ne alios corrumpas, cum me non potueris. Et tu, Micythe, argentum huic redde aut, nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui'.

5. *collocari* 'verheiratet werden'. *pro* vgl. *pro opinione* VIII, 2, 4.

6. *eam summam* näml. quam imperaverat; *cum fecerat* 'aufgebracht hatte'. Bemerke, daß *facere* sehr verschiedene Übersetzungen erfordert. Wegen des Indikat. s. zu *cum licebat* XII, 3, 3.

eique ut ipsi —, konstr. *et faciebat, ut ipsi* (Nom.) *ei* (Dat.) *numerarent*. Vgl. XX, 2, 2 *tutoque*. — *facio, ut* 'ich lasse'. — *ille, ad quem perveniebat* 'der Empfänger'. — *ut ille sciret,* final. — *ea* näml. *summa.*

quantum cuique deberet, um ihn entweder wiederbezahlen oder sich doch ihm dankbar beweisen zu können. Denn der geschilderte Hergang läßt sowohl an dargeliehene als an geschenkte Geldsummen denken.

4. 1. *abstinentia* wie III, 1, 2.

Artaxerxis Mnemon.

talentis s. zu I, 7, 6. — *perduxit* 'gewann ihn für —'; *voluntatem* wie VI, 2, 3.

convenit s. zu *eius conveniundi* VII, 9, 5. — *ostendit* wie IX, 3, 2.

2. *Diomedonti* gehört zu *inquit*; *coram* Adverb. 'ins Gesicht'.

Nihil steht zuweilen als stärkere Negation für *non* 'gar nicht, in keiner Weise'.

Zu *sin* 'wenn aber' tritt zuweilen zur Verstärkung des Gegensatzes noch *autem.*

accipere nolo, im D. mit Umkehrung des Objektes 'ich will nicht hingeben'.

3. *Tu* mit verächtlichem Nachdruck vorangestellt soviel wie: ein Mensch wie du. — *incognitum* löse durch 'da' auf, oder 'du, den du'. — *non miror* s. zu III, 3, 2 *nullum est certius indicium.*

nisi facis — tradam, das Präsens in einem Bedingungssatze bei einem Futurum im Hauptsatze kann stehen, wenn man eine gerade in den gegenwärtigen Augenblick fallende Handlung als Bedingung einer zukünftigen Folge bezeichnet, vgl. Cic. Verr. IV, 85 *moriere virgis, nisi mihi signum traditur.*

4 Hunc Diomedon cum rogaret, ut tuto exiret suaque, quae attulerat, liceret efferre: 'Istud quidem', inquit, 'faciam, neque tua causa sed mea, ne, si tibi sit pecunia adempta, aliquis dicat, id ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere
5 noluissem'. A quo cum quaesisset, quo se deduci vellet, et ille Athenas dixisset, praesidium dedit, ut tuto perveniret. Neque vero id satis habuit, sed etiam, ut inviolatus in navem escenderet, per Chabriam Atheniensem, de quo supra
6 mentionem fecimus, effecit. Abstinentiae erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre possumus, sed modus adhibendus est, quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium concludere constituimus, quorum res separatim multis milibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt.

5. Fuit etiam disertus, ut nemo ei Thebanus par esset eloquentia, neque minus concinnus in brevitate respondendi
2 quam in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem Meneclīdem quendam, indidem Thebis, et adversarium in administranda re publica, satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet: namque illi genti plus inest virium quam ingenii.

4. *exiret,* eigentümliche Kürze des Ausdrucks, indem man bittet, daß man etwas thue, oder daß etwas geschehe, was nur mit der Erlaubnis des Gebetenen möglich wird, also ='daß er — dürfe' oder 'daß er ihn — lasse'.

sua, quae attulerat 'das von ihm Mitgebrachte'. Wegen des Indikativs s. zu IV, 2, 5 *ad ea efficienda, quae pollicetur.*

Istud quidem 'was du da bittest'; *iste* steht immer in Beziehung auf die zweite Person. Über *quidem* s. zu II, 10, 3, 'das allerdings'. — *neque* wie in *neque minor* II, 6, 1.

ne — aliquis s. zu X, 8, 2 *nisi alicui suorum negotium daret.* Epaminondas meint mit *aliquis* zunächst den Diomedon selbst. — *ereptum* 'als Raub'; auf ähnl. Weise übersetze auch *delatum.*

5. *quaesisset — dixisset* s. zu I, 1, 3 *id si fecissent.* — *Athenas,* näml. *se velle deduci.*

neque vero s. zu VII, 5, 1.

satis habuit 'hielt es für genug, war damit zufrieden'.

6. *Abstinentiae* usw. 'für seine Uneigennützigkeit wird dies als Zeugnis genügen'. — *possumus,* wir im Konj. 'ich könnte'.

versuum 'Zeilen', was die eigentliche Bedeutung des Wortes ist (v. *verto*).

Welcher Punkt der Inhaltsangabe ist im 3. und 4. Kapitel abgehandelt?

5. 1. *nemo Thebanus* s. zu 2, 1. — *neque* wie V, 3, 4. — *concinnus* 'schlagend'.

2. Bis 6 folgen nun 3 Beispiele seiner treffenden Antworten. — *obtrectatorem,* vgl. III, 1, 1. Verbinde damit *et adversarium in adm. rep.* — *habuit* s. zu II, 9, 4.

Thebis, selten steht so der Abl., um die Herkunft aus einer Stadt (*ex,* die aus einem Lande, vgl. VII, 10, 5 *ex Arcadia*) zu bezeichnen, für das von dem betreffenden Namen gebildete Adjektiv, also hier für (eundem) Thebanum.

satis hier 'ziemlich'. — *ut Thebanum scilicet* 'für einen Thebaner nämlich', d. h. soviel es bei einem Thebaner denkbar ist. — *namque* usw., vgl. VII, 11, 3 *omnes enim Boeotii magis firmitati corporis quam ingenii acumini inserviunt.*

Is, quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari 3
solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius im-
peratoris opera desideraretur. Huic ille 'Fallis', inquit, 'verbo
civis tuos, quod hos a bello revocas; otii enim nomine servi-
tutem concilias. Nam paritur pax bello. Itaque qui ea diu- 4
tina volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare si prin-
cipes Graeciae vultis esse, castris est vobis utendum, non
palaestra.' Idem ille Meneclides cum huic obiceret, quod 5
liberos non haberet neque uxorem duxisset, maximeque in-
solentiam, quod sibi Agamemnŏnis belli gloriam videretur
consecutus, at ille: 'Desine', inquit, 'Meneclida, de uxore mihi
exprobrare; nam nullius in ista re minus uti consilio volo.'
(Habebat enim Meneclides suspicionem adulterii.) 'Quod autem 6
me Agamemnonem aemulari putas, falleris. Namque ille cum
universa Graecia vix decem annis unam cepit urbem; ego
contra ea una urbe nostra dieque uno totam Graeciam Lace-
daemoniis fugatis liberavi.'

6. Idem cum in conventum venisset Arcădum, petens, ut societatem cum Thebanis et Argivis facerent, contraque Callistrătus, Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo praestabat tempore, postularet, ut potius amicitiam sequerentur Atticorum, et in oratione sua multa invectus esset in

3. *florere* wie I, 1, 1. — *illius imperatoris* 'jenes als Feldherrn'. *verbo* 'durch das Wort', nämlich durch das süße Wort: Friede oder Ruhe. Daher dann *otii nomine*. — *quod* 'daß'.

4. *Quare*, hiermit wendet er sich an die Thebaner. — *diutina* 'lange', eigentl. 'als einen langen'. — *principes Graeciae* s. zu *principatus* II, 6, 3. — *utendum* 'euch aufhalten', s. zu I, 8, 3. Für die Ringschule blieb nur im Frieden Zeit.

5. *Idem ille* usw. Der Nachsatz beginnt mit *at ille inquit*. — *insolentiam* näml. *obiceret*. — *belli gloriam* s. zu *honoris corona* VIII, 4, 1. — *sibi videretur* 'sich dünkte'.

at ille s. zu XI, 3, 4. — *Meneclida*, die griech. Eigennamen auf *es* nach der 1. Dekl. haben im Vokat. außer *e* auch *ă*.

minus, als wessen?

habebat 'stand im —'.

6. *Quod* 'was das anlangt, daß' oder bloß 'wenn'. — *falleris* s. zu *exercebatur* 2, 5. — *cum universa Graecia* 'im Bunde mit —'. Was sind dagegen *una urbe nostra* für Ablative?

contra ea s. zu VII, 8, 4.

Lacedaemoniis fugatis, in der Schlacht bei Leuktra.

6. 1. *Idem cum* usw. Der Nachsatz dieser zu lang ausgedehnten Periode beginnt erst mit § 3, wo deshalb das Subjekt *idem* durch *Epaminondas* wieder aufgenommen wird. Bei der Übersetzung laß bei *contra que* weg und bilde diesen Teil des Vordersatzes *(Callistratus — postularet — invectus esset — posuisset)* zum Nachsatz um; mit § 3 beginne einen neuen Satz.

petens s. zu *timens* I, 7, 4.

omnes praestabat s. zu XXI, 3, 5.

sequerentur 'sich anschlössen'. — *Atticorum* s. zu VIII, 3, 1.

multa invectus esset. Bei mehreren Verben, die eigentlich Intransitiva sind, findet sich gleichwohl zuweilen das Neutrum eines Pronomens oder Zahladjektivs als Objekt im Akkus. Übersetze 'vielfach losgezogen war' oder 'viele Ausfälle gemacht hatte'.

2 Thebanos et Argivos, in iisque hoc posuisset, animum advertere debere Arcadas, qualis utraque civitas civis procreasset, ex quibus de ceteris possent iudicare; Argivos enim fuisse Orestem et Alcmaeŏnem matricidas, Thebis Oedĭpum natum, qui cum patrem suum interfecisset, ex matre liberos pro-
3 creasset: huic in respondendo Epaminondas, cum de ceteris perorasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit, admirari se dixit stultitiam rhetoris Attici, qui non animadverterit innocentes illos natos domi, scelere admisso cum patria essent
4 expulsi, receptos esse ab Atheniensibus. Sed maxime eius eloquentia eluxit Spartae ante pugnam Leuctricam. Quo cum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo conventu sic Lacedaemoniorum tyrannidem coărguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit quam Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio sociorum privarentur.

7. Fuisse patientem suorumque iniurias ferentem civium, quod se patriae irasci nefas esse duceret, haec sunt testimonia. Cum eum propter invidiam cives sui praeficere exercitui noluissent, duxque esset delectus belli imperitus, cuius errore eo esset deducta illa multitudo militum, ut omnes de salute pertimescerent, quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur: desiderari coepta est Epaminondae diligentia; erat

2. *animum advertere* hier nicht wie XIV, 9, 5, sondern 'ihre Aufmerksamkeit darauf richten'.

qualis civis s. zu *Sardis* I, 4, 1.

ex quibus 'nach denen', eigentlich: von welchen ausgehend.

Orestes tötete seine Mutter Klytämnestra, weil sie seinen Vater Agamemnon ermordet hatte; *Alkmaeon* seine Mutter Eriphȳle wegen ihres Verrates an seinem Vater Amphiarāus.

ex matre wie X, 1, 1. Der Vater des Ödipus hieß Laios, die Mutter Iokaste.

3. *de ceteris,* d. i. über die übrigen Punkte. — *duo,* gegen die Argiver und gegen die Thebaner.

rhetor (ῥήτωρ) hier im verächtlichen Sinne 'Redekünstler'.

4. Es folgt ein Beispiel davon, was Epaminondas in der *perpetua oratio* geleistet habe. — *maxime eluxit* 'im höchsten Glanze zeigte sich'.

7. 1. *Fuisse ferentem* s. zu 3, 1. — *fuisse,* Subjekt? s. zu I, 3, 4 *effici posse.*

quod — duceret 'weil es, wie er glaubte, unrecht sei'. Die Nebensätze 'weil er sagte, meinte' stehen zuweilen im Konj., obwohl nicht das Sagen und Meinen, sondern das, was gesagt oder gemeint wird, als Gedanke des Subjekts im regierenden Satze anzusehen ist. Vgl. XX, 5, 2 *quod diceret.* Vergleiche mit der Gesinnung des Epaminondas die Handlungsweise des Alkibiades VII, 4, 6 u. 7.

nefas s. zu XXV, 17, 2.

haec sunt testimonia s. zu III, 3, 2 *nullum est certius indicium.*

propter invidiam 'Mißgunst'. Anders in § 3, vgl. V, 3, 1 *incidit in eandem invidiam.* — *propter* giebt hier wie XVIII, 11, 2 den subjektiven Beweggrund an. — *cives sui* s. zu I, 1, 1. — *esset deducta* s. zu *pateret* I, 8, 4. — *pertimescerent* wie VII, 5, 1. — *locorum* s. zu XIV, 8, 4.

enim ibi privatus numero militis. A quo cum peterent opem, 2
nullam adhibuit memoriam contumeliae et exercitum obsidione 368
liberatum domum reduxit incolumem. Nec vero hoc semel 3
fecit, sed saepius. Maxime autem fuit illustre, cum Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedaemonios haberetque
collegas duos, quorum alter erat Pelopidas, vir fortis ac stre- 369
nuus. Hi cum criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent ob eamque rem imperium iis esset abrogatum, at-
que in eorum locum alii praetores successissent: Epaminondas 4
populiscito non paruit, idemque ut facerent persuasit collegis, et bellum, quod susceperat, gessit. Namque animadvertebat, nisi id fecisset, totum exercitum propter praetorum impruden-
tiam inscitiamque belli periturum. Lex erat Thebis, quae 5
morte multabat, si quis imperium diutius retinuisset, quam lege praefinitum foret. Hanc Epaminondas cum rei publicae conservandae causa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit et quattuor mensibus diutius, quam populus iusserat, gessit imperium.

8. Postquam domum reditum est, collegae eius hoc cri-
mine accusabantur. Quibus ille permisit, ut omnem causam 369
in se transferrent suaque opera factum contenderent, ut legi non oboedirent. Qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quod, quid diceret, non
haberet. At ille in iudicium venit, nihil eorum negavit, quae 2
adversarii crimini dabant, omniaque, quae collegae dixerant, confessus est neque recusavit, quo minus legis poenam subiret; sed unum ab iis petivit, ut in sepulcro suo scriberent:

privatus wie XII, 4, 1; *numero militis,* ablat. qual. 'in der Eigenschaft eines gemeinen Soldaten', 'als gemeiner Soldat'.

2. *nullam adhibuit memoriam* 'unterdrückte die Erinnerung an —' (eigentlich?); nun darf *et* natürlich nicht durch 'sondern' (s. zu XVIII, 4, 3) übersetzt werden.

3. *hoc,* daß er die Beleidigungen seiner Mitbürger vergaß.

fuit illustre 'war ruhmvoll'. Subjekt ist der Nebensatz mit *cum.* — *Peloponnesum* s. zu *Chersonesum* I, 1, 1. — *strenuus* wie XIV, 1, 1.

criminibus wie VII, 4, 1 *invidiae crimine.* — *praetores* s. zu I, 4, 4.

4. Konstr.: *persuasitque collegis, ut idem facerent;* vgl. XX, 2, 2 *tutoque.* — *fecisset* s. zu *quaesisset* 4, 5. — *inscitia belli* 'Ungeschicklichkeit im Kriege'.

5. *foret* wie VI, 3, 5 *foret iudicatum.*

conferre, als Subj. ist *hanc legem* zu denken: 'daß es beitrage'. — *et* s. § 2.

quattuor mensibus, auf die Frage: um wie viel?

8. 1. *reditum est* wie VIII, 3, 3.

Quibus, im D. knüpfe mit 'aber' an, s. zu *cuius generis* I, 1, 2.

causam wie I, 7, 6. — *sua opera* s. zu *eius opera* VI, 1, 3.

responsurum 'sich verantworten'. Sie glaubten also, er werde gar nicht vor Gericht erscheinen.

non habeo, quid dicam 'ich weiß nicht, was ich sagen soll', *non habeo, quod dicam* 'ich habe nichts zu sagen'.

2. *legis poenam* übersetze nach *animi laborem* VII, 1, 4.

ab iis, näml. iudicibus, was aus *iudicium* zu entnehmen ist.

3 'Epaminondas a Thebanis morte multatus est, quod eos coëgit
apud Leuctra superare Lacedaemonios, quos ante se impera-
torem nemo Boeotorum ausus est aspicere in acie, quodque
4 uno proelio non solum Thebas ab interitu retraxit, sed etiam
universam Graeciam in libertatem vindicavit eoque res utro-
rumque perduxit, ut Thebani Spartam oppugnarent, Lacedae-
5 monii satis haberent, si salvi esse possent, neque prius bellare
destitit, quam Messēne restituta urbem eorum obsidione clau-
sit.' Haec cum dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus
est, neque quisquam iudex ausus est de eo ferre suffragium.
Sic a iudicio capitis maxima discessit gloria.

362 9. Hic extremo tempore imperator apud Mantinēam cum
acie instructa audacius instaret hostes, cognitus est a Lace-
daemoniis: qui quod in unius pernicie eius patriae sitam
putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt neque
prius abscesserunt, quam magna caede edita multisque occi-
sis fortissime ipsum Epaminondam pugnantem sparo eminus
2 percussum concidere viderunt. Huius casu aliquantum retar-
dati sunt Boeotii, neque tamen prius pugna excesserunt,
3 quam repugnantis profligarunt. At Epaminondas, cum animad-

3. Die Schlacht bei Leuktra gehörte genau genommen nicht hierher, weil sie nicht erst 369 geschlagen wurde. Doch war sie des Epam. ausgezeichnetste u. für sein Vaterland folgenreichste Waffenthat.

ante se imperatorem wie XI, 1, 3. Für *ante se* erwartet man ante eum.

Betone *aspicere* 'ins Auge schauen'.

4. *in libertatem vindicavit* wie VIII, 1, 2.

utrorumque wie I, 7, 3.

Spartam oppugnarent bezeichnet im allgemeinen, daß sie Land und Stadt der Spartaner selbst angriffen, was, seitdem die Dorier Sparta besaßen, nie durch einen äußeren Feind geschehen war. Die am Schluß erwähnte Belagerung der Stadt fand nicht im Jahre 369 statt, obwohl die Thebaner bis dicht an dieselbe vordrangen, sondern erst 362 vor der Schlacht bei Mantinēa.

satis haberent s. zu 4, 5.

5. *neque — destitit* hängt noch von *quod* ab. — *Messene* hatte seit den messenischen Kriegen unter der Herrschaft Spartas gestanden. Durch *restituta* ist die Wiedererhebung zu einem selbständigen Staate bezeichnet.

risus cum hilaritate = risus hilaris; *omnium* 'ein allgemeines'.

quisquam iudex s. zu *quisquam dux* XIII, 4, 4. — *suffragium ferre* 'seine Stimme (eigentlich?) abgeben'.

capitis 'über Leben und Tod'.

9. 1. *extremo tempore* wie XIV, 10, 1. — *cum*, über die Wortstellung s. zu I, 1, 4.

audacius s. zu *liberius* II, 1, 2. — *instaret hostes*, das Gewöhnlichere wäre hostibus.

eius gehört zu *unius*, das des größeren Nachdrucks halber voransteht.

pugnantem löse als Relativsatz auf.

sparus oder *sparum*, eine eigentlich dem Landvolk eigentümliche Waffe, ein Wurfgeschoß; der Schaft *(hastile)* war von Holz, die Spitze von Eisen, mit einer hakenartig daran befestigten Klinge, die ebenfalls in eine scharfe Spitze auslief; es war niemals eine Waffe der regelmäßigen Truppen.

verteret mortiferum se vulnus accepisse simulque, si ferrum,
quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam
statim emissurum, usque eo retinuit, quoad renuntiatum est
vicisse Boeotios. Id postquam audivit, 'Satis', inquit, 'vixi; 4
invictus enim morior.' Tum ferro extracto confestim exanimatus est.

10. Hic uxorem nunquam duxit. In quo cum reprehenderetur a Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque
eum in eo patriae consulere diceret, quod liberos non relinqueret, 'Vide', inquit, 'ne tu peius consulas, qui talem ex te 2
natum relicturus sis. Neque vero stirps mihi potest deesse.
Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non
modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est.'
Quo tempore duce Pelopida exsules Thebas occuparunt et 3
praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est caedes civium, domo se tenuit, quod
neque defendere malos volebat neque impugnare, ne manus
suorum sanguine cruentaret. Namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, postquam apud Cadmīam cum
Lacedaemoniis pugna coepit, in primis stetit. Huius de vir- 4
tutibus vitaque satis erit dictum, si hoc unum adiunxero, quod nemo ibit infitias, Thebas et ante Epaminondam natum et post eiusdem interitum perpetuo alieno paruisse imperio, contra ea, quamdiu ille praefuerit rei publicae, caput fuisse totius Graeciae. Ex quo intellegi potest unum hominem pluris quam civitatem fuisse.

3. *usque eo* hier von der Zeit.

10. 1. *In quo* 'in diesem Punkte, hierin'. Ebenso nachher *in eo*.

diceret 'dieser', näml. Pelopidas. Vgl. die Subjektsveränderung X, 2, 3.

2. *qui relicturus sis,* ein Satz wie *qui id potius intuerentur* II, 7, 6. — *ex te natum* s. zu II, 1, 2.

neque vero s. zu VII, 5, 1.

ex me natam 'als meine Tochter'.

3. *Quo tempore* übersetze nach *qui locus* IV, 3, 3. Über das Ereignis s. XVI, 2, 3.

domo se tenuit, der Abl., welcher öfters bei *se tenere* steht (castris, oppido se tenere), ist ein abl. instrum. Vgl. V, 1, 1 *custodia teneri.*

malos, die die Stadt an die Lakedämonier verraten und es mit diesen gehalten hatten. — *suorum* wie XII, 3, 4.

civilem 'über Mitbürger'.

Idem wie II, 9, 3.

4. *adiunxero* s. II, 9, 4 *quam si ero adeptus.*

natum im D. ein Substantiv.

perpetuo (Adv.) *alieno paruisse imperio* ist nicht von einer wirklichen Unterthänigkeit, sondern so zu verstehen, daß Theben als ein Staat zweiten Ranges von den Hauptstaaten Athen und Sparta immer mehr od. minder abhängig war.

pluris fuisse s. zu IX, 1, 1 *eius opera magni fuit.*

Der letzte Punkt der Inhaltsangabe (1, 4): *de rebus gestis* ist unerledigt geblieben, insofern wenigstens eine besondere Aufzählung der Thaten des Epam. vermißt wird. Der Grund ist wohl, weil die hauptsächlichsten derselben bereits im Laufe der übrigen Erzählung erwähnt sind.

XVI.

1. Pelopĭdas Thebanus, magis historicis quam vulgo
notus. Cuius de virtutibus dubito quemadmodum exponam,
quod vereor, si res explicare incipiam, ne non vitam eius
enarrare sed historiam videar scribere; sin tantummodo sum-
mas attigero, ne rudibus Graecarum litterarum minus dilucide
appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram,
quantum potuero, et medebor cum satietati tum ignorantiae
2 lectorum. Phoebĭdas Lacedaemonius, cum exercitum Olynthum
382 duceret iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quae Cadmēa
nominatur, occupavit impulsu paucorum Thebanorum, qui, ad-
versariae factioni quo facilius resisterent, Lacōnum rebus stu-
3 debant: idque suo privato, non publico fecit consilio. Quo
facto eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt pecuniaque
multarunt; neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod
susceptis inimicitiis satius ducebant eos obsideri quam liberari.
Nam post Peloponnesium bellum Athenasque devictas cum
Thebanis sibi rem esse existimabant, et eos esse solos, qui
4 adversus resistere auderent. Hac mente amicis suis summas

1. 1. *magis historicis quam vulgo notus,* eine ähnl. Erweiterung der Überschrift wie X. *historicis* hier 'den Geschichtskundigen', *vulgo* 'dem großen Publikum'.

Cuius de virtutibus (wie II, 1, 1) gehört zu *exponam*; *dubito* 'bin in Zweifel'.

res wie V, 3, 1; *explicare* '(vollständig) entwickeln', im Gegensatz zu *summas attingere.* — *enarrare* 'ausführlich erzählen, schildern'.

summas, näml. *res* 'sie obenhin berühren', s. zu XVIII, 9, 3. Wegen *attigero* und nachher *potuero* s. zu II, 9, 4 *ero adeptus.* — *ne appareat* ist noch von *vereor* abhängig. — *rudibus Graecarum litterarum,* ähnlich praef. 2 *expertes litterarum Graecarum.* Über *litterae* s. zu II, 10, 1. — *minus* s. zu II, 1, 2 *liberius.*

utrique rei, d. i. 'beiden Übelständen'. — *medebor* 'werde abhelfen'.

ignorantiae ohne tadelnden Nebenbegriff.

2. *per Thebas,* d. h. durch das Gebiet oder Weichbild von Theben, nicht durch die Stadt selbst.

faceret 'nahm'.

paucorum Thebanorum, von der Partei der Optimaten; demnach ist unter *adversariae factioni* und § 4 *alterius factionis* die Partei des Volkes zu verstehen. — *Laconum rebus studebant* wie VI, 1, 5.

suo privato, non publico consilio 'aus eigenem Entschluß, nicht auf Beschluß des Staates'.

3. *Quo facto* wie VI, 1, 2. — *neque eo magis* 'trotzdem aber nicht', eigentlich? vgl. IV, 5, 3. XIV, 10, 3.

susceptis inimicitiis 'nachdem sie sich Feindschaft zugezogen.' — *obsideri* soviel wie *obsidione teneri* VII, 4, 7.

devictas im D. ein Substantiv. — *sibi rem esse* wie *sibi negotium esse* XIV, 7, 1. In Bezug auf die Sache vgl. II, 6, 3. — *adversus,* Adverb., im D. 'ihnen gegenüber'.

4. *Hac mente* wie IX, 4, 4.

potestates dederant alteriusque factionis principes partim inter-
fecerant, alios in exsilium eiecerant; in quibus Pelopidas hic,
de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat.

2. Hi omnes fere Athenas se contulerant, non quo se-
querentur otium, sed ut, quem ex proximo locum fors obtu-
lisset, eo patriam recuperare niterentur. Itaque cum tempus 2
est visum rei gerendae, communiter cum iis, qui Thebis idem
sentiebant, diem delegerunt ad inimicos opprimendos civita-
temque liberandam eum, quo maximi magistratus simul con-
suerant epulari. Magnae saepe res non ita magnis copiis 3
sunt gestae: sed profecto nunquam tam ab tenui initio tantae
opes sunt profligatae. Nam duodecim adulescentuli coierunt
ex iis, qui exsilio erant multati, cum omnino non essent am-
plius centum, qui tanto se offerrent periculo. Qua paucitate
percussa est Lacedaemoniorum potentia. Hi enim non magis 4
adversariorum factioni quam Spartanis eo tempore bellum in-
tulerunt, qui principes erant totius Graeciae; quorum imperii
maiestas, neque ita multo post, Leuctrica pugna, ab hoc initio

potestates wie I, 3, 5. — *dederant* usw. Die Plusquamperfekte wie VII, 7, 5. — *partim* — *alios* statt partim — partim oder alios — alios, ein nicht seltener Wechsel.

hic 'unser', wie I, 6, 3.

pulsus 'als Verbannter'.

2. 1. *non quo sequerentur otium* 'nicht um der Muße zu pflegen'.

ex proximo 'in nächster Nähe'; *eo* konstr. *ut eo* (näml. loco) *quem locum ex proximo fors obtulisset.*

2. *cum* vgl. IX, 1, 2 *cum sunt devictae.* — *tempus* wie VII, 5, 2.

qui idem sentiebant vgl. *adversus se sensisse* X, 7, 1. Der Relativsatz läßt sich durch ein Substantiv wiedergeben. — *eum* gehört zu *diem,* mit welcher Absicht an diesen Platz gestellt?

maximi magistratus, diese hießen in Theben Polemarchen.

3. *non ita* wie IV, 1, 2 *haud ita magna manu Graeciae.* — *copiae* 'Mittel'.

tam ab tenui initio 'von einem so schwachen Anfange aus', vgl. § 4 *ab hoc initio.* Ähnlich war *tam* gestellt IV, 2, 5 und *ita* XIV, 6, 1.

Betone *duodecim* 'nur zwölf'. — *adulescentuli* ist hier ebensowenig von ganz jungen Leuten zu verstehen, wie XIII, 4, 2. Das Deminutiv soll die Geringfügigkeit dieser Macht noch anschaulicher machen.

non amplius centum s. zu II, 5, 2 *minus diebus triginta.* Es scheint, daß man unter jener Zahl sowohl die Mitverschworenen in Theben, als die übrigen Verbannten zu verstehen hat, welche das Unternehmen unterstützten. Doch wird die Gesamtzahl aller dieser von andern Schriftstellern auf mehr als 300 angegeben.

qui se offerrent 'sich aussetzen wollten', s. zu I, 8, 4 *pateret.*

Qua s. zu XV, 8, 1 *quibus.* — *percussa est* 'erhielt einen heftigen Stoß'.

4. *non magis* — *quam* 'nicht bloß — sondern' s. zu V, 1, 2 *non magis amore quam more ductus.*

principes s. zu II, 6, 3 *principatus.* — *maiestas* 'das hohe Ansehn, die Herrlichkeit'. — *neque ita multo post* wie V, 3, 4.

Leuctrica pugna ab hoc initio perculsa, concidit, die erste Erschütterung ging von diesem Anfange aus, der Zusammensturz erfolgte durch die leuktrische Schlacht. Vgl. XVII, 7, 1 *Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedaemonii se nunquam refecerunt neque pristinum imperium recuperarunt.*

5 perculsa, concidit. Illi igitur duodecim, quorum dux erat Pelopidas, Athenis interdiu, ut vesperascente caelo Thebas possent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, vestitu agresti, quo minore suspicione facerent iter. Qui cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent, domum Charōnis deverterunt, a quo et tempus et dies erat datus.

3. Hoc loco libet interponere, etsi seiunctum ab re proposita est, nimia fiducia quantae calamitati soleat esse. Nam magistratuum Thebanorum statim ad auris pervenit exsules in urbem venisse. Id illi vino epulisque dediti usque eo despexerunt, ut ne quaerere quidem de tanta re laborarint.
2 Accessit, quod etiam magis aperiret eorum dementiam. Allata est enim epistula Athenis ab Archīno uni ex his, Archiae, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat, in qua omnia de profectione eorum perscripta erant. Quae cum iam accubanti in convivio esset data, sicut erat signata, sub pul-
3 vinum subiciens 'In crastinum', inquit, 'differo res severas.' At illi omnes, cum iam nox processisset, vinolenti ab exsulibus duce Pelopida sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant,
379 sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedaemoniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberarunt, auctores Cadmeae occupandae partim occiderunt partim in exsilium eiecerunt.

5. *igitur* wie VIII, 4, 3.

vesperascente caelo 'wann der Himmel dunkelte'.

retia, Jagdnetze, mit denen die Jäger eine große Fläche, ehe die eigentliche Treibjagd begann, umstellten, um zu verhindern, daß das Wild sich in die Ebene zerstreute und um einen geschlossenen Kreis zu bilden, gegen den man es treiben konnte, wenn es von den Hunden aus seinem Versteck im Dickicht aufgescheucht war.

quo minore wie I, 6, 1 *quo facilius.*

tempore ipso 'gerade zu rechter Zeit'. — *quo* 'wohin'. — *studuerant* näml. pervenire; vgl. IX, 3, 3.

tempus et dies, wir: 'Tag und Stunde'.

3. 1. *Hoc loco* wie IV, 4, 3. — *ab re proposita* 'von dem Gegenstande der Erzählung'; eigentlich?

